This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

HDI
HW 501H A

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

SPECIMEN QUÆSTIONUM EXEGETICARUM, IN HEXAEMERON CREATIONIS GENES. CAP. I.

CUM PRÆFATIONE

De Speciminibus & Exercitiis Academicis,

GOTTOFREDI WEGNERI.

FRANCOFURTI AD ODERAM,
Excudit HERMANNUS Pettenberg / 1689.

Digitized by Google

HARVARD
UNIVERSITY
LIBRARY
0137
Baron

Gé NABRINK & SON
OLD & MODERN BOOKS
Korte Korsjespoortsteeg 8
AMSTERDAM C. Holland

Digitized by Google

B. L. S.

QVI in Academiis, ſtudiorum gratia vivunt, non tantum omnem impendunt (certè debent impendere) Diligentiam, ut ſolidám in Artibus atqve Scientiis, qvibus Animum addixerunt, ſibi comparent cognitionem; ſed &, qvando fundamenta poſuerunt, hisqve ſuperſtruxerunt eruditionem, qvam, bonos ac fideles Doctores audiendo, optimos libros legendo, meditando, vigilando, ſcribendo, acqviſiverunt laudabilem, incipiunt Artem, qvam didicerunt, exercere, atq; SPECIMEN eruditionis edunt publicum, ex qvô qvisqve diligentiam hactenus adhibitam colligat, ac Patroni, Parentes, & Fautores de eruditione judicent. Sanè, qvotqvot id faciunt, rectè, & non absqve emolumento, exercitia hæc ſua Academica inſtituunt. Præterqvam enim, qvod ingenium acuunt, & formant judicium, de rebus maximis atqve graviſſimis, qvæ ex præcipuis ſcientiis depromta ſcribendo explicantur: etiam res benè perceptas, & memoriæ mandatas, ad uſum transferunt, atqve, cumprimis qvando ad diſputandum proponuntur, doctis hujusmodi exercitiis facundiam extemporalem, intricatas controverſias brevibus ſyllogiſmorum formis aptè includendi, ac doctè explicandi & diſſolvendi promtitudinem, comitatem deniqve ſermonis, & dexteritatem in aliis alloqvendis, pariter & reſpondendo, ſibi acqvirunt atqve confirmant: Imò Patronis Speciminibus hiſce exhibitis Se commendant, ac favorem, benevolentiam, ac promotionem, ceu fructum Academicæ Diligentiæ, ſibi conciliant. Non itaqve audiendi ſunt, qvi hæcce Exercitia, præſertim diſſertationum Theologicarum, ex Academiis, & Eccleſiâ, ejicienda, & ad Anticyras releganda exiſtimant; qvales qvidem omni tempore fuerunt, partim Oſores & malitioſi Obtrectatores, partim Conſultores aliorum, ut ne in cauſa Religionis

Digitized by Google

Disputationes publicæ freqventes permittantur, qvibus videlicet publica qvies, & pax Ecclesiæ turbetur ac labefactetur. Qvæ causa proculdubio tum Orientis, tum Africæ populis, ipsisqve Hispanorum Regibus visa fuit, ut, de religionibus disserere, severè prohibitum voluerint. *Eqvidem non diffitemur*, (verbis malo loqvi D. *Affelmanni*, è programm. d. 1. Jan. 1620. Rostochii publicè propositô, syllaboqve Exercitationum Theologicarum eodem anno edito præfixô) *è disputationibus religionis malorum sæpè lernam pullulasse, sed nec mirmur, qvi scimus, abusum rei per se bonæ tanto plerumq; esse pejorem, qvô res in sese est melior. Maledictos itidem pronuntiare non dubitamus, qvi serio syncera pietatis studio & accuratiore interioris hominis culturâ posthabitâ, apicem Theologiæ in disputando constitutum censent, adeoq; lingvam* Deo, *animam dant Diabolo, ut Bernhardus loqvitur Serm. 24. sup. Cant. pag. 565. Novimus enim, Christum esse conjunctè, non disjunctivè, viam, veritatem, vitam, Joh. 14, 6. Viam, ratione vitæ, qvæ seriô studio est imitanda; Veritatem, ratione doctrinæ, qvæ fideli corde apprehendenda; Vitam, ratione meriti, qvod verâ fide amplectendum. Unde etiam, non nisi tales disputationes, in foro Theologico, probamus, qvibus, dicente Augustino, lib. II. de pecc. c. ult. Sanctè de rebus sanctis disputatur, non qvasi in hominum theatro, sed coram Deo, & sanctis Angelis, adeoq; in medio totius Ecclesiæ consessu, idq; non contentionis, sed veritatis studio; qvibus, dicente Basilio, in epist. sine contentionis cupiditate interrogatur, sine morositate & fastidio respondetur, sine rubore & verecundia discitur, sine invidiâ docetur; qvibus, dicente Hieronymo, advers. Pelag. lib. 1. Non victoria qværitur, sed veritas; qvibus, dicente Nazianzeno Orat. 2. de Pace, disseritur δογματικῶς, οὐκ ἀντιλογικῶς, ἁλιευτικῶς, οὐκ ἀριστοτελικῶς, πνευματικῶς, ἀλλ' οὐ κακοπραγμονικῶς, ἐκκλησιαστικῶς, ἀλλ' οὐκ ἀγοραίως, ὠφελίμως, ἀλλ' οὐκ ἐπιδεικτικῶς; immò qvibus, dicente Apostolo, 1. Tim. 1, 4. 2. Tim. 2. 14. Tit. 3. 9. vitantur & fugiuntur λογομαχίαι βέβηλοι, κενοφωνίαι μωραὶ ἀπαίδευτοι, καὶ ἀπέραντοι ζητήσεις.* Hanc suam piam, de Theologicis disputationibus, sententiam confirmat deinceps gravissimorum testimoniis Virorum, nominetenus D. Simonis Pauli, qvi seipsum studiosæ juventuti Exemplar & Exemplum proposuerit, ac Wittebergæ summâ assiduitate exercitia disputandi & declamandi coluerit:

D. Chr-

D. CHYTRÆI, qvi Rectorem agens, optimè de hiſce exercitiis commentatus ſit: D. D. GEORG. VENETI, qvi, Decanum agens, anno 1561. ita ſcripſerit: *Non dubium eſt, diſputationes, in qvibus amanter, & placidè, de doctrinâ cœleſti, & aliis rebus vitæ humanæ utilibus & neceſſariis, homines eruditi ſententias & argumenta conferunt, imaginem eſſe cœleſtis Scholæ, in qvâ, cum ipſo Filio Dei, cum Prophetis & Apoſtolis, & totâ cœleſti Eccleſia, de mirandis conſiliis & operibus Dei, in creatione & redemptione generis humani editis, colloqvemur, & vivas audire & reddere voces poterimus. Sunt & aliæ utilitates diſputationum notæ, inter quas præcipua eſt, ut mutuâ συζητήσει, & ſententiarum & argumentorum collatione, veritas illuſtretur. Ac ut adoleſcentes, cum cernunt, qvid opponi veris ſententiis poſſit, & qvomodo contraria, aptè & dextrè, refutanda ſint, facilius & firmius in agnitâ veritate poſſint acqvieſcere. Amanda ſunt igitur & retinenda in ſcholis hæc diſputationum exercitia, qvæ non ad odia aut malevolentiam explendam, vel ingenii oſtentationem, ſed ad veritatis modeſtam inqviſitionem & confirmationem referenda ſunt.* Qvæ Teſtimonia vel ſola, tot ac tantis momentis fulta, cum ſufficere poſſint ad Exercitia Academica confirmanda: non opus eſt, vel CHRISTI exemplum, qvi duodecennis Puer, illa jam initiavit, & cum ſapientiſſimis ſui populi docta Colloqvia inſtituit; vel Apoſtolorum Synodum, qvâ Decretum, πολλῆ συζητήσει præcedente, factum eſt; vel Eccleſiæ Documenta primitivæ, qvâ de *Auguſtinus* teſtatur epiſt. 119. qvod in illâ freqventer diſputatum fuerit, operosè allegare; vel aliis demonſtrationibus prolixius, hæc Theologica ἱερογυμνάσματα, aſſerere atqve defendere.

Qvia verò non ſolùm à Diſcentibus ejusmodi Exercitationes inſtituuntur; ſed etiam à Docentibus, qvibus ex officiô, juxta ſtatuta, incumbit, ſolennes Diſputationes proponere: certè præter memoratas utilitates, multò plures aliæ, atqve majores inde fructus ſperari poſſunt. Qvæ etiam cauſa eſt, qvod ſemper à magnis Viris magni habitæ, æſtimatæ, & ſtudiosè conqviſitæ ſint. *Abeo hic fortè* (ſcribit *Hottingerus* in Bibliothec. Th. p. 95.) *ab omnibus aliis longiſſimè. Plerique pagellæ iſtæ ſordent, qvaſi indignæ, qvæ vel numerum in Bibliothecâ faciant, vel lacunam impleant. Mihi planè aliud fuit hactenus inſtitutum, cujus necdum me pœnitet. Non unam*

tantum Disputationum per universam Europam habiturum possideo Chiliadem, 34. & amplius tomis comprehensam, iis ferè exceptis, qui integra Systemata ἰσχνῶς conscripserunt, ut sunt Leidenses, Spanhemius, Maresius, Zwingerus &c. Rationes breviter supra jam indicavi. Et thesaurum eo majori habeo loco, quo semel amissus potest incommodius reparari. Quam enim difficulter e. g. Disputatio Tiguri in Papatu ipso, de Praedestinatione, habita, vel quolibet redimi posset pretio? Eadem ratio est aliarum. Quicquid aliis videatur, ego Bibliothecæ insigne κειμήλιον esse existimo, Collegium Disputationum inde à Reformatione ad nostrum usq; tempus deductum. Et pag. 5. quò scil. provocat, rationes depromit, inquiens: *Navus hic est in Catalogis Bibliothecarum conspicuus, quod Disputationes omittuntur, Exercitia Academiarum & Scholarum publica, cum tamen illis, meo judicio, multum sit deferendum, sive quod publicam publicis disquisitionibus concilietam habeant authoritatem, sive quod multi, iidq; doctissimi Viri, nullo aliô scribendi genere voluerint inclarescere, sive quod ibi συμφερόντων ἀφετὴ, & fusi aliorum conceptus compendiosè proponantur, sive denique, quod jucundâ varietate non parum oblectent. Omninò ergò ad supellectilem pertinent librariam: neq; enim quam multa, sed quam bona dixerit Author, scire refert. Nihil proinde omittes eorum, quæ quidem Bibliotheca tua possidet. Quantitatis hîc nulla efficacia. Una sæpè pagella plus succi & bonæ frugis habet, quàm spissum chartarum volumen. Magno hac reipublicæ literariæ dispendio negligi, monet etiam prolixè Naudæus.* In eodem Bibliothecario pag. m. 354--371. Quandam Bibliothecam Academicarum & Scholasticarum Disputationum Theol. exhibet, hasque dispescit in *Exegeticas*, vel integrorum librorum, vel certorum tantùm tmematum & thematum; *Systematicas*, vel integrum Systema, vel theses ejus Ideas complectentes; *Symbolicas*, in Catechismum & Symbola Christianorum, institutas; & *Topicas*, easque vel *Generales*, de religione verâ & falsâ, vel *Speciales*, de singulis fidei Christianæ Capitibus &c. à Viris magnis, non modò defensas, sed & compositas; de quibus illud repetit, omninò Viros fuisse, & esse etiamnum per Europam eruditissimos, qui, quamdiu superstites fuerunt, vix alio libentius, quàm hoc inclarescere voluerint scribendi genere. Addit quoque de his suum judicium, additis multorum nominibus: quod, quam-

qvamvis singuli ad exornandam spartam suam sufficienter accesserint instructi, aliqvid tamen semper eminuerit, in qvô alius alii palmam ita relinqverit, ut eandem in cæteris absqve contradictione reportârit. Promtitudinem, ait, multi ostendebant, qvi soliditatem aliis dubiam facere non poterant. Alii in musois, alii in Cathedrâ, alii utrobiqve triumphabant; Alios methodi commendabat perspicuitas. Alii, Practici ferè, ad pietatem & praxin Ecclesiasticam pleraqve sua exercitia referebant; Alii, magis Theoretici, vel authoritativè & Historicè agebant, vel ratiocinativè, vel utroqve modô. Alii doctam, & nostro seculo dignam omnigenæ eruditionis κράσιν adhibebant; Alii & thematum varietate, & tractationis ubertate, famam acqvisiverunt magnam. Alii Lingvarum; Alii Philosophiæ majorem attulerunt apparatum. Alii sermonis elegantiam; Alii Scholasticam loqvendi rationem sectari maluerunt; ex Adversariorum denigq; distinctorum victoriis distinctis pleriqve nomen consecuti sunt.

Vident hoc atqve intelligunt hodienum Viri magni & docti, Professores ac Doctores in Academiis & Gymnasiis, qvi, vestigiis Antecessorum sedulò insistentes, bonoqve exemplo aliis præeuntes, hæc exercitia deamant, atqve Disputationes solidè magnaqve industriâ elaboratas edunt, dignas profectò, qvæ colligantur, &, juxta Methodum Hottingerianam, digerantur. Invenias enim, in omni genere eruditionis Theologicæ, sive Res Fidei, sive Antiqvitates, sive Lingvas, sive Scripturarum Interpretationem, spectes, qvæ se commendant, à judicii dexteritate, ingenii subtilitate, inventionis raritate, laboris magnitudine, suisqve Autoribus famam ac gloriam pariunt immortalem. Seqvuntur suos Doctores probi Discipuli & Auditores, qvi, qvando sentiunt studiorum suorum profectus, itidem, dum strenuè imitantur & æmulantur alios, suas tentare ac probare volunt vires, atqve, vel ipsimet sibi eligunt materiam elaborandam, qvam publico examini ventilandam sistant, vel, dum viribus diffidunt, saltem ab alio elaboratam ad disputandum proponunt, satis habentes, si possint theses suas φυλάττειν, docta cum aliis Colloqvia instituere, Specimen diligentiæ & eruditionis publicè edere, seqve hoc nomine Aliis commendare.

Fateor,

Fateor, non malè rem ſuam gerere, qvi ita faciùnt; ſcopum enim ſtudiorum attendunt, &, juxta proverbium: *Dic cur hic*, vitam Academicam tranſigere cupiunt. Verùm, non pari paſſu hîc omnes incedunt, qvi, progreſſus ſtudiorum ſuorum oſtendentes, publicis ſe Speciminibus commendare ſatagunt. Nam ſunt, qvi Diſputationem neqve componere, neqve ab alio compoſitam intelligere, multominus defendere valent, debitum apparatum ad Academiam haud afferentes, nec in Academiâ debitam in audiendis Profeſſoribus induſtriam adhibentes, voluptati, otio, vanitati, ludis dediti; nihilominus tamen volunt publicum Specimen edere, & cum aliis parem laudem atqve famam ab Academia reportare, magis muti in Cathedrâ, qvàm piſces, ex Tacito reſpondere parati. Alii, his meliores, freqventant qvidem Collegia, ſed qvid conducat, qvid magis neceſſariùm, qvid maximè agendum ſit, ignorant; variam itaqve doctrinam hinc inde adepti, volunt videri, non tantum in diſcurſibus vanam ſcientiam jactantes, ſed etiam, ut publicè audiantur & ſpectentur, diſſertationem congerunt ex variis Autoribus, horum & verba, & res in chartam deſcribentes, atqve hac publicè propoſitâ, & acrius defensâ, palmam jure merito ſibi poſcunt, qvibus magis proficuum fuiſſet, ſi, qvando cum aliis certare, doctosqve ſermones conſerere placuiſſet, loco diſputationis malè conſarcinatæ, paucas theſes, ad prolixa Colloqvia ſufficientes, propoſuiſſent ventilandas. Alii, parum his prudentiores, nullum non movent lapidem, ut præ cæteris emergant, magis captantes, qvàm rectè qværentes, eruditionis laudem; edituri enim hujus Specimen, rariſſimum ſeligunt thema, in eoqve tractando non parvum conſumunt tempus, ſepoſitis gravioribus & magis neceſſariis ſtudiis, hincqve evenit, ut ipſis hæreat nonnunqvam aqva in tritiſſimis, qvi tamen & eruditione, variâ lectione, rarâ inventione, nomen aliqvod inter eruditos conſeqvi allaborabant. Alii rectius, meo judicio, ſibi cõſulentes, curſum ſtudiorum, metamq; horũ ſtudioſè obſervant, &, qvæ huc collineant, omni niſu ſectantur, à Conſilio fidelium Doctorum pendent, hos audiunt ſedulo, ſeqvuntur, diſciplinas neceſſarias addiſcunt, aliqvot annos in his conſumunt, ut encyclopædiam abſolvant, privatim ſe exercent, ac vires periclitantur, donec qvoqve publi-

publicè materiam humeris æqvam ſuſcipere valeant, hancqve ſeligunt & ingenio & ſtudiis parem, neceſſariam, & maximè utilem, qvæ etiam futuræ ætati prodeſſe qveat; hisq; exercitiis ſæpius repetitis, demum conantur è divitiis ingenii collectis qvicqvam Orbi erudito depromere, ſeqve tales ſiſtere geſtiunt, qvi ſe gnavos præſtiterint hactenus, & ſolidam eruditionem, qvam Muſa vetat mori, ſibi acqvirere voluerint. Deniqve ſunt, qvi curſu ſtudiorum cum laude abſolutô, ſive Magiſtri, ſive Doctoris ambiunt axioma, cumqve Facultatis legibus teneantur publicis ſe commendare ſpeciminibus, feliciter & magno cum encomio plurimi horum id præſtant, tituloqve condecorati, ſi in Academiis perſiſtere conceditur, omnem navant operam, ut ingenii laudem conſeqvantur, aliis proſint, & in re literariâ, Orbi docto exhibeant eruditè elaborata ſcripta, cum applauſu ſuſcipienda.

Cogitavi itaqve ſæpius, ac non ſemel miratus ſum, qvî fiat, qvod, cum inter hos poſtremos inveniantur, qvi invicem certent dotibus, ingenio, judicio, inventione, diligentiâ, & qvilibet ſe eruditis cõmendare cupiat, tot innumeræ ferè diſſertationes à ſuis Autoribus edantur, pauciſſimæ tamẽ defectibus in re literariâ ſuppleendis, deſideratis literatorum implendis, aliorum ſtudiis facilius ac felicius tractandis, perfectioni ſcientiarum obtinendæ, inceptis aliorum continuandis, noviſqve inventionibus, deſtinatæ ſint, cum tamen conſtet, plurima eſſe, qvæ ab uno vel altero (cum Ars longa, Vita brevis ſit) præſtari neqveant, adeoqve ab integris Collegiis vel Societatibus velint in effectum deduci, qvales nuſpiam melius, qvàm in Academiis inſtitui & iniri poſſunt. Non enim latet Orbem eruditum, qvid docti Viri adhuc reqvirant, ac deſiderent, qvandoqvidem in ſolis diſcô appoſita ſunt à *Verulamio*, *Meiſnero*, *Morhoſio*, & aliis, qvibus Ego non pauca in meo Pio Deſiderio monſtravi addenda, modò ſint, qvibus adhibere, ſive ingenium, ſive laborem, volupe ſit. Ego, cum ſciam, generoſum animum labore nutriri, per omnem vitam odio otium habui, cumqve ingenio non poſſem, initiô volui diligentiâ me aliis commendare, & in primis Academicis annis, inter ſtudia ordinaria, bonum publicum literarium promovere tentavi, bonos & neceſſarios Indices horis ſubciſivis conficiendo, inter qvos *Ovvenianus* lucem publicam vidit.

* *

Nactus

Digitized by Google

Nactus autem aliqvales in ſtudiis profectus, publicè qvoqve me ſtiti, ſed, cum viderem materias proponendas, ab aliis latè tractatas eſſe, paucis qvæſtionibus vel theſibus incluſi, eundem tamen ſcopum, qvem alii prolixiore qværunt diſceptatione, adeptus. Ex Auditoribus in numerum Doctorum receptus, lingvas alios & diſciplinas præcipuas docui, diſputaturis theſes de certo themate, vel miſcellaneas, conſignavi; ſed interim ingenii ſpeciminibus me inſinuare Doctis non deſtiti, tales eligens materias, qvas ab aliis præoccupatas non credebam, e. g. de *Origine Logica*, ex Hiſtoriâ Philoſophicâ; de *Horis*, *Earumq; varietate*, inſerens ab aliis vix tacta; de *Navigationibus Salomonis*, Præceptoris novam ſententiam diducens; de *Terris nocte carentibus*, demonſtraturus, qvid hypotheſibus mathematicis congruum, etſi fortè in naturâ, ob alias cauſas, id non detur; de *Romulo* Hiſtoricam, Synchronologicam, & Politicam, pro alio compoſitam. At verò altioribus ſtudiis conſecratus, cum animus eſſet Academicis ſtudiis penitus inhærere, munus Scholaſticum nō uno in loco obeundum mihi offertur, qvod etiam tandem officio eccleſiaſtico junctum, à beato Parente monitus & exoratus, in alterâ meâ Patriâ acceptavi, ſilentio interim vitam haud tranſigendam exiſtimans. Non enim tantùm recenſitas ante diſſertationes, qvas abitus ex Academia proponere publicè non ſinebat, publicitus dedi; ſed & publico litans confeci, qvæ ſuo tempore, ſi DEo viſum fuerit, communicari poterunt. In Academiam verò denuò vocatus, Amicum & Conſultorem mox nactus ſum Celeber. *Ravium*, qvi, ut ſecum in Chronologiâ & Philologiâ S. laborarem, perpetuus Hortator fuit, cui obtemperando, cum ſcopus eſſet ſalutaris, Amicorumqve efflagitaret petitio, me facilem præbui. Accinxi me itaqve, poſt novam mutationem in Miniſterio, ad Academicos qvoqve labores, ſed in muneris eccleſiaſtici otio perficiendos, ita qvidem, ut eorum fructus, tum ad Auditores privatus, tum ad rem literariam publicus redundaret. In Philologia I. Hebræum Collegium aperui, in qvo illis, qvi ſine cortice nare incipiebant, injunxi Analyſin Pſalmorum qvorundam, & Dictorum fundamentalium Grammaticam, eamqve cæterorum Examini exhibendam, ut notatis & correctis erroribus, aliis ceu exemplum, qvod ſeqverentur privato ſtudio, edi poſſet, qvem-

Digitized by Google

qvemadmodum etiam initia collegii hujus edita sunt. II. Aggressus sum ipsum Codicem Hebræum à principio, in qvô primò prævi, postea distribui cuilibet caput, hâc ratione, ut (α) Analysin vocum instituerent Grammaticam. (β) Vocabula singula è qvolibet capite excerperent. Atqve hic labor in aliqvot Collegiis continuatus est, hoc qvidem scopo, ut tam analysis, qvàm vocabula, secundùm capita ordine collecta, aliqvando publicarentur. Sed prævenit me in Analysi integri Codicis edenda *Celeber. Dn. Leüsden*; nescio tamen, utrum repetitionem tum Hebræi V. tum Græci N. Testam., qvam nonnulli petunt, instituere, in Filii gratiam, alia negotia concesserint, ubi utramqve cum vocabulis, Germanis qvoqve studiosis communicare aveo, ne opus sit aliis, qvod ab innumeris factum, imposterum ejusmodi analysin consignare, sed ex edito libro repetere, &, qvæ dubia vel erronea, illustrari vel emendari qveant. III. Cum perfectiores præparandi essent ad alios sufferendos labores, ut mihi Collectores & Adjutores fierent, aliam Analysin præmonstravi, ac Specimen dedi Clavis Grammaticæ, Logicæ, & Rhetoricæ, ut, qvi disputare vellent, in ejuscemodi negotio se exercerent; ego verò inibi scopum habebam, omnium & singularum vocum significatus ponderare, in Concordantiis eos notare, & simul Lexicis sacris conficiendis, apparatum qvendam colligere. Qvod Specimen nunc qvoqve in lucem datur, ut continuem vel ipse, si Respondentibus placuerit, vel Alii hîc & alibi exemplum habeant, qvod seqvantur aut imitentur. IV. Cum mihi juxta statuta disputandum esset, aliisq; placeret meo præsidio uti, dissertationes ad exemplar aliorum elaboravi, & loca qvædam Scripturæ illustravi, ita qvidem, ut qvæ ab Interpretibus adducta, vel alibi observata, plenissimè comportata sint, ut vice Commentariolî esse qveant. Volui autem meo exemplo præire Auditoribus, ut, si velint qvicqvam elaborare, & publicè proponere, ut vel plenè id faciant, Lectoribus ad satietatem docta Collectanea offerentes, vel breviter thesibus sive aphorismis includant ventilanda, qvorum vel duo, vel tres, si cõtroversi sunt, sufficere possunt ad bonam, eamqve longè satis protrahendam, disputationem. V. Deniqve cum primarius scopus in Philologiâ S. esset Lexicus Labor, in eoq; Collaboratores qvàm maxi-

Digitized by Google

mè desiderarem, Specimen Lexicorum S. in V. & N. Test. qvòqve edidi, ut, qvi vellent, eâdem methodô Vocem s. Radicem pertractare possent; sed qvia labor est, neminem hactenus invenit, qvi susciperet. Promisit qvidem mihi Vir celeberrimus qvidam, se partem aliqvam humeris suis imponere velle, sed ille nunc ita obrutus est, ut vix suis rebus sufficiat. Qvia tamen longè utilissimus est, qvemadmôdum in præfatione ostendi, & facilè Illustramenta ex tot egregiis libris & commentariis editis, in Voces V. & Nov. Test. congeri, Criticaq; S. *Eduardi Leigh* augeri h. m. possent; non utilius, disputaturi in Philologia S., operam suam collocarent, qvàm si *M. Thymum*, qvem memini Lipsiæ publicis Disp. Græcas voces pertractasse, & B. *Fesselium* in Adversariis, sive me, hâc methodo præeuntem, imitarentur. VI. Societatem etiam instituti Contribuentium, animi causa, eamqve duplicem Realium & Verbalium. Desiderando enim desiderans in Pio meo Desiderio aliqvot Societates, qvæ Bono publico contribuant, interqve has Latinam, qvæ classicos Autores resolvat, & omnia in illis contenta in suas classes digerat; nemo autem mecum hac de re contulerit, vel conferre hactenus voluerit: ipse ego Domesticis, cum viderem ab Academicis studium humanitatis planè seponi & posthaberi, Svasor fui, ut Autorem aliqvem eligerent resolvendum, argumenta tractationis hebdomatim horâ unâ proponerent, & sub suis titulis illa certis lemmatibus includerent, hâcqve ratione Locos Communes aliorum, vel Artifodinam artium & scientiarum omnium *Joh. Georg. Schielen* augerent. Habemus eqvidem Polyantheas, Florilegia, & LL. CC. doctorum Virorum, in qvibus propter egregium ordinem eminet *Tobiæ Magiri* Polymnemon; sed qvantum hîc inane! qvantum aggregatum hîc sperandum, si tam ex veteribus, qvam recentioribus Scriptoribus, similia dicta & exempla colligerentur, gratiora & magis congrua nostris temporibus. Atqve hæc Societas, præludere qvasi debet Latinæ, à qvâ plura & graviora posco, uti ex Pio Desiderio & Biblidio meo patet. Animadverto autem, in hac à me excitata & convocata Societate, sæpius remitti à fervore. VII. Eandem Societatem admonui, ut verborum qvoqve rationem haberet, qvibus scil. mentem nostram explicamus, ac commendavi, ceu utilissimum negotium, si eligeret qvilibet

Digitized by Google

bet sive Criticum aliqvem, sive Commentatorem in Classicum Autorem, ex eoqve excerperet Observationes & Controversias Latinæ Lingvæ, utqve promtiores essent, prævi exemplo, & methodum præmonstravi, qvâ si perrecturi sunt, Thesaurum comportabunt, qvô gaudere possint aliqvando Eruditi. In THEOLOGIA VIII. cum à Maximè Rever. Facultate Theologicâ ante hoc decennium mihi concederetur privatas Lectiones instituere, ita volui Auditoribus inservire, ut bonum publicum eâdem operâ promoverem. Ad qvamlibet enim thesin Dicta Biblica, Authentica & Germanica, notare jussi, & edisscenda commendavi. Ipse allegata evolvi, non allegata addidi, ex aliis auxi, & Epitomen Bibliorum ex his concinnavi, qvæ studiosis & Theologiæ & Lingvarum prodesse possit, ut in Præfatione primæ partis editæ pluribus ostendi. Animo qvoqve propositeram dicta illa fundamentalia Logicè resolvere, & subvenire tyronibus, qvi non statim Conclusionem ex dicto elicere norunt, qvô tamen labore me sublevavit B. D. Calovius in Apodixi, Synopsi item Controversiarum; prodesset tamen, si ex illo & aliis Theologis plenior ejusmodi Tractatus colligeretur. Et intendunt fortè, mentem si assequor, perfectius aliqvod opus in hoc genere, duo celeberrimi Doctores Theologi, *Dn. Johannes Deutschmannus*, Professor Wittebergensis, & *Dn. Paulus Hofmannus*, Senior, Pastor, ac Rector Thorunensis: qvorum *Hic* A. 1685. in Gymnasiô Articuli de Scripturâ S. Analysin & Apodixin, hoc est, Definitionem Scripturæ S. Kônigianam succinctè resolutam, & dicto Biblico geminô V. & N. Test. demonstratam proposuit; *Ille* verò sequenti A. 1686. Theologiam Biblicam inchoavit, & Definitionem Theologiæ ex 1. Cor. 2, 7. planius ac plenius exposuit, ex ipsis Oraculis Biblicis, tum ipsam Thesin, tum succedaneam, qvoad fieri potest, Exegesin, tum deniqve Basin vel Apodixin, instituere sibi proponens, qvorum sanctissimo labori benedictionem Divinam, felicissimumqve hujus finem ex animo precor. IX. Collegium Pietatis singulis diebus Dominicis cum studiosis habui, qvô Libros de Pietate, & Praxin concernentes, Scripta item B. Lutheri legimus; sed & hic respectum boni publici attendi, invitans ac monens Collegas (*a*) ut qvilibet, qvæ legisset hebdomatim vel ad pietatem, vel ad exegesin facientia, proponeret, qvò notari ac colligi

Digitized by Google

ligi possint. (β) Ut super Evangelia & Epistolas, ex libris nobis lectis, ac domi evolutis, Observationes notarent, Thesaurum concionum habendarum comportarent, hocqve modo Bibliothecam Practicam Rauppii, vel Repertorium Wittens augerent. (γ) Ut exempla notabilia annotarent, & hâc ratione, juxta methodum Titio-Schneiderianam, novum Tomum Exemplorum colligerent. X. In Concionibus vel Lectionibus Biblicis habendis, cum pro simplicioribus nullæ utiliores existant *D. Dan. Crameri* Notis & observationibus; hæ verò mihi magno videantur laborare defectu, Specimen nuper Operis Biblici Practici edidi, qvô invitavi Pastores & Confratres, ut simile qvid tentent, qvò plenum Opus, qvoad fieri potest, per singulorum operam, edi aliqvando qveat, in qvô Thesaurus consolationum, vitæ regularum, omnium dogmatum, ex Commentariis optimis, Libris Practicis, & bonis Autoribus, congestus inveniatur. Si fortassis dicas, ex clarioribus locis probari posse multas Conclusiones, ut non opus sit ex obscurioribus illas deducere. Non id qvidem nego, interim cum ipse Spiritus Sanctus, & fami & saturitati consulens, modò clarè, modò obscurè, locutus sit, ut ansam habeant qværendi peritiores, simpliciores inveniendi, utiqve & obscuriorum ratio qvoqve habenda est. Nec diffiteor, plura posse porismata elici, qvàm ego in Specimine exhibui, cum e. g. ad ℣. 1. de Dei æternitate, libertate &c. addi possent; sufficit enim, ut majorem Copiam habeant conjunctim, qvi sibi ipsi non sufficiunt aut valent inde fructus derivare. XI. In Exegeticis tibi nunc Specimen exhibeo, qvod, qvamvis sit diligentiæ, absqve judicio tamen talis labor non componitur. Si dicas, extare Commentarios doctissimos ac solidissimos, ex qvibus, si opus sit, qvilibet informationem petere possit. Non nego; nam & copia Interpretum datur. Veruntamen cum Commentarii non sint unius generis, qvidam prolixi, qvidam concisi, & qvilibet suum habeat peculiarem scopum, contingit, ut, qvi unum sibi comparaverit ad necessitates, in eo non semper inveniat, qvod qværit. Sunt, qvi universalem Commentarium desiderant, in qvo evoluto omnia offendant, qvæcunqve inqvirunt: & sanè habemus super V. & N. Test. optimos & celeberrimos Autores, in qvibus nihil desiderari à doctis Viris potest; conqveruntur tamen multi, qvod, qvando etiam

etiam plures consulunt, neqve ab illo, neqve ab isto, neqve ab hoc sibi satisfieri, aut in nullo inveniri, qvod qværitur. Judico itaqve huic Desiderio posse satisfieri, si (α) omnia, qvæ ad Illustrationem uniuscujuslibet commatis faciunt, ex Interpretibus adducantur. (β) Rerum argumenta, ut mox patescant, in certas qvæstiones redigantur. (γ) Qvæ prolixè ab aliis tractata, ἐπιτομικῶς proponantur, & qvæ omissa, suppleantur: qvemadmodū hâc ratione B. *Gerhardus* Tomos LL. exegesi adauxit, & deinde in Epitomen contraxit, & qvæ prætermissa supplevit in Dispp. Isagogicis. (δ) Autores, sive unus, sive plures, ex qvibus qvæstio qvælibet desumta, addantur: uti *Marloratus* Commentarios ex certis Autoribus, & *Polus* Synopsin Criticam, additis nominibus, collegit. (ε) Autores qvoq; alii, non adhibiti vel lecti, tum veræ, tum dissentaneæ sententiæ Defensores, in peculiari Indice allegentur, consulendi qværentibus. at non tam confusè, sicuti in Bibliis Numeratis *B. Dorschei* factum, sed sub certâ propositione in conspectum veniant, qvotqvot ad manus esse vel haberi possunt. Atqve hâc methodo præsens Specimen concinnatum est, qvod, si placuerit, in totum Caput primum Geneseos, sive Hexaëmeron Creationis, tibi Commentariolum B. C. D. sistam; Verbis interim *D. Lutheri* ex Etymologia Nom. prop. Germ. â me editâ, alioqvor Specimina edituros: *Exemplum dedi Vobis, ut plura & meliora faciatis.* XII. Notas qvoqve & Observationes collegi ad Theologiam Positivam B. *D. Konigii*, ex nostris Doctoribus, qvoad Studiosis Lutheranis privatim Eandem proposui atqve exposui, cumqve propter muneris Ecclesiastici occupationes, & alios labores, non liceret tot Autores evolvere de qvovis Articulo, qvot & qvos vellem, Svasor fui Amicis meis & Collegis, ut Collegium Gellianum, qvod *D. Hülsemannus* in Method. stud. Theol. extrem. p. 527. commendat, mecum inirent, qvod & factum qvidem, sed mox ob negotia cuilibet incumbentia abruptum, & qvamvis iterum spes sit, & nihil salutarius, nescio tamen, an constanter possit continuari. Posset tamen in Academiis inter Magistros & Candidatos illud Collegium, præsente aliqvo Directore, magno cum elementô, sustentari, ubi, si vellent, in qvovis articulo nostratium consensum, & dissensum nonnunqvam, colligere possent, ad eum modum, qvo Synopsis

Poli

Poli conscripta est. Quæcunqve hîc possideo, in gratiam qvidem Auditorum consignata sunt; attamen & publico inservient, cum Filio aliqvando disputationum Theologicarum materiam præbebunt: Poteroqve, si ex re videbitur, Specimen harum notarum & observationum in Königium publicare, & exemplum dare aliis, ut plura & meliora faciant.

Sunt autem hæc, & alia, occasione datâ inchoata, B. L. mea πάρεργα, qvæ si mihi ἔργα forent, (utut πάρεργα hæc revera ἔργα sint) multo plura & meliora fortassis tibi exhibere possem. Verùm grave munus habeo, qvod, uti læto animo, & firmo corpusculo, obeo hactenus, ita totum me sibi postulat, ut negligenter illud tractare, mihi religio sit. Interim experior, qvid possit fieri ab eô, qvi conscientiæ, scientiæ, & diligentiæ studet, & qvomodo horæ subcisivæ qvoqve benè collocari possint. Præter enim memorata πάρεργα, in Trivialibus, Scholasticis & Philosophicis etiam curam gessi, & in Filii informatione multa observavi mutanda, emendanda, augenda, facienda: & videbis, si Deus voluerit, tum qvæ Informatoribus eodem labore facienda pro bono publico injunxi & svasi, tum qvæ egomet hâc occasione volui & potui, in studiosæ juventutis bonum, conscribere & colligere. Colligant alii saltem curam meam erga meos & juventutem studiosam verè paternam, qvæ, uti mihi est in desideratissimis, ita si illam ullo modo juvare, ejusqve studia ornare & promovere possum, gaudio mihi foret maximo. Ego recreor interim non parum, me aliqvam (Dei benignitate, à qvo hæc omnia) bene collocati in officio temporis, & ipsius otii mei, rationem posse reddere. Hunc porrò oro Deum O. M., ut me & alios Conservos Vasa misericordiæ, & Organa in Ecclesiâ salutaria, nosq; omnes faciat crescere in gratiâ & cognitione Veritatis, ut ipsi Gloria sit ab omnibus, nunc & in secula, Amen. Scribebam Francofurti ad Oderam d. 14. Jun. 1689.

Q. I.

Digitized by Google

Q. I. *An soli Mosi veræ Mundi Origines, ceu primo & antiqvissimo Scriptori, vendicandæ sint?*

§. I.

TErtullianus adversus Gentes Apolog. c. 19. p. m. 639. *Omnes substantias, omnesqve materias, origines, ordines, veterani cujusqve styli vestri, gentes etiam plerasqve & urbes insignes, historiarum causas & memoriarum, ipsas deniqve effigies literarum, indices custodesqve rerum, & (puto adhuc minus dicimus) ipsos inqvam deos vestros, ipsa templa, & oracula, & sacra, unius Prophetæ scrinium seculis vincit. Siqvidem audistis Moysen Argivo Inacho parem ætate octingentis penè annis ante urbem conditam; nam & 170. Danaum ipsum, apud vos vetustissimum, prævenit. Mille circiter cladem Priami antecedit. Possem dicere qvingentis amplius & Homerum, habens qvos sequar. Ceteri qvoque Prophetæ, etsi Moysi posthumant, extremissimi tamen eorum retrosiores deprehenduntur primoribus vestris sapientibus legiferis & historicis.* Adeoqve solum ac singulare hoc veræ & Christianæ Religionis privilegium atque prærogativa est, veras Mundi origines posfidere. Ex vastis enim Gentilium libris, multisqve voluminibus, τὸ ὅτι *rem ipsam*, creationis opus, vix satis clarè habemus; τὸ πῶς *modum rei* prorsus intactum relinqvunt: nisi qvantum αἰνιγματωδῶς, hinc inde proponunt, ex Hebræorum Scholis petitum. Uno momento plus solidæ scientiæ de creatione universi, pueri Christianorum ex Geneseos vestibulo, haurire possunt, qvàm integro septennio ex Philosophis suis gentiles. Tribus enim aut qvatuor

A verbis

verbis de Creatione mundi tantum asseritur, qvantum in nullo reperitur Philosopho. Vid. *Hottinger. epist. ad Ionstonum.*

§. 2. Qvæ Veterum Latinorum, Græcorum, Ægyptiorum, leguntur excerpta e. g. de *Creatione Mundi*, de *Paradiso*, de *Diluvio &c.* apud Ovidium, Xenophontem, Berosum &c. sive per Interpretes, sive per traditiones, Gentiles habuerunt.

Q. II. *An Verba Mosis:* In princio creavit Deus C. & T. *sint Summarium Universitatis?*

§. 1. *Chrysostomus* & alii Veteres, *Pareus* item & Recentiores qvidam existimant, hoc versu proponi totius historiæ summam, & Compendio præmitti universum opus, circa rerum Genesin, qvod Deus certo principio creaverit hoc Cœlum & hanc Terram, id est, totum hoc universum.

§. 2. Sed hanc sententiam, à Majoribus licet traditam, Basilius homil. 3. sibi non probari, indicat; neq; Connexio & Continuatio verborum Mosis admittit, qvi cum dixisset: I. P. c. D. C. & T. mox subdit: *Terra autem erat tohu* &c. ut qvivis videat, v. 1. describi Creationem Terræ; v. 2. autem statum terræ. *Deinde*, si admittatur, sequeretur, nullam substantiam primo die esse conditam; &, si Lux statuatur substantia, hanc solam esse factam, Cœli & T. creationem vero sileri. *Denique* hic foret verborum sensus: *In principio universæ creaturæ creata est universa Creatura. D. Osiand. h. l. q. 1.*

Q. III. *Qvod & qvale Principium hic designetur?*

§. 1. Patres nonnulli intelligunt principium ἀναρχον, ipsum

ipsum DEi Filium, in qvô creata sunt omnia. Qvæ Sententia uti & *Targum Hieros.* Versio: *In Sapientiâ,* si intelligatur personalis DEi Sapientia, fidei qvidem analoga est; sed minus convenit Contextui & usui Vocis; nusqvam enim *Filius DEi* aut *Sapientia* in V.T. simpliciter ראשית dicitur.

§. 2. Qvi principium ἔναρχον intelligunt, Omnes per ellipsin hic aliqvid subintelligunt, sed qvodnam subaudiri debeat, in hoc dissentiunt. Qvidam enim subaudiunt הכל *Omnium*, ad Ordinem respicientes, & ראשית pro adverbio ordinis capientes, ut sensus sit: *Primùm omnium*, i. e. ante omnia. Quidam etiam Hebræi ב hîc additivum putant, & solitariè sine alio nomine exponunt *primò* vel *primitus*, juxta loca parall. Num. II, 9. Deut. XXXIII, 21. Verùm ראשית semper construitur cum alio, & notat initium rerum, inter qvas, ratione prioritatis, ordo est. Vox autem הכל subaudiri non potest, accepta de iis omnibus, qvæ intra sextiduum creata sunt, ita enim non congruit rei veritati.

§. 3. Alii *principium temporis* intelligunt, sed cum latitudine aliqvâ, scil. non solùm primum temporis punctum, sed etiam puncti illius fluxum per primos sex dies. *Paræus* col. 63. Communior sententia est, qvod temporis, materiæ, loci, omniumqve creaturarum initium, solo DEi jussu, in illo τῶν cœperit; & placet *Gerhardo* pluribusqve aliis.

§. 4. *D. Seb. Schmidt*, in Colleg. Bibl. V.T. p. 181. considerandum proponit, annon satis sit, hoc principium accipere de principio omnium operum Divinorum h.m.

In principio (omnium operum suorum) *creavit Deus Cœlum & Terram.* Hoc enim supplementum, inqvit, stylus Mosis historicus & Institutum facilè subministrat. Nam Moses sibi proposuit historiam sacram seu operum Divinorum scribere, ita ut ab ipsô primo opere Dei ordiretur. Qvis itaqve non intelligat, qvod principium Divinorum Operum, qvæ descripturus erat, significare voluerit?

§. 5. *D. Joh. Ad. Osiander* h. l. q. 2. duas has sententias conjungendas esse existimat, tum, ut intelligamus, non solum nihil creatum ante cœlum & terram, vel ex genere spirituum aut materiæ, sed etiam creationem cœli non fuisse ab æterno; tum, qvia ipsa structura textus hoc videtur reqvirere ac scopus, qvi est, etiam seriem temporum exhibere à primo initio, tum in regno naturæ, tum in regnô gratiæ. Ita est. Qvamvis enim & ipsum Tempus inter opera Divina ad extra numerandum sit, idqve connoterur, meritò tamen hic in eo, qvod subintelligitur, siqvid denominari debet, momenti vel instantis illius fit mentio, in qvo Cœlum & Terra exstiterunt, qvod instans scil. ac punctum, non ipsum tempus fuit, sed principium temporis, uti punctum non est linea, sed principium Lineæ. Capitale ergo primum illud & admirandum h. l. principium, à Mose indicatur, qvod respectum habet, tum ad opera Divina describenda, tum ad primum temporis punctum, tum ad ipsam creandi actionem primam, qvæ extra Deitatis sinum sese exeruit.

Q. IV. *An illud Principium momentaneum sit reliquorum dierum* συναγωγικὸν, *ita ut omnia uno temporis puncto creata sint?* §. 6.

§. 1. Ita sentiunt *Philo*, *Augustinus*, *Cajetanus*, *Bodinus*, nixi Sir. 18, 1. & Gen. 2, 4. cum tamen hîc dies collectivè pro diebus capiatur; Ibi verò ἅμα non ordinē in creationis opere neget, sed Deum creaturarum ad unā omnium Conditorem esse asserat.

§. 2. Verum Moses disertè enarrat, Mundum non momento, sed sex dierum morâ productum esse, docens, tum qvid qvoqve die à DEo productum sit, tum qvod die septimo ab omni opere suo qvieverit, & ob hanc qvietem illum diem sanctificaverit hominibus Deus.

Q. V. *An Mundus ab æterno fuerit?*

§. 1. Ita opinati sunt Gentiles, uti de *Chaldæis* testatur Diodorus Siculus, de *Pythagoræis* Philo, de *Xenophane* Plutarchus, de *Aristotele* Lactantius; fuitqve ea qvoqve *Ciceronis*, *Plinii*, *Galeni*, *Procli*, & aliorum opinio, ut *Tertullianus* scribat, plerosqve Physicos formidasse initium ac finem mundo tribuere.

§. 2. E contrario Mundum & omnes mundi partes aliqvando non fuisse, sed certum ortus sui initium habere, & tunc esse cœpisse, cum à DEo crearentur, evincitur (1.) testimonio Mosis h.l. Psalm. 90, 2. Prov. 8, 23. Joh. 17, 5. Ephes. 1, 4. (2.) Rationibus, desumtis partim à novitate omnium aliarum historiarum, ac fabularum gentilium; partim à consensu Sapientum Ethnicorum, & ipsiusmet Aristotelis dubitatione 1. Top. 1. partim ab interitu partium mundi; partim à regulis Philosophorum e. g. non dari processum in infinitum in serie causarum: esse aliqvod Ens primum, causam omnium entium &c.

Q. VI. *An Mundus ab æterno creari potuerit?*

§. 1. Sunt, qvi affirmant, ducti his rationibus 1. qvod DEus in omni æternitate fuerit omnipotens, mundum itaqve æternum condere potuisse. 2. Posse aliqvid produci, & tamen æternum esse, qvod exemplo Filii constat. 3. Nihil impedire, qvò minus aliqva effecta simul sint durationè cum suis causis, uti Sol & solis lux. 4. Nec ex parte DEi, nec ex parte Creaturæ id involvere aliqvam Contradictionem. 5. Honori Divinæ Majestatis, ut nihil deroget Angelorum æternitas à parte *post*, ita nec æternitatem mundi â parte *ante* derogare.

§. 2. Negantium sententia Orthodoxa est, qvamvis tota qvæstio rectius qvidem taceatur. Licet enim neutra, judice *Calovio* T. 3. *Syst. p.* 915. hæreseos, nedum Atheismi alicujus accusanda sit, cū negantes non Defectū in DEi potentiâ, sed in Objecto agnoscant; affirmantes verò solùm Creationem ab æterno possibilem, non verò actualem admittant; affirmantium tamen sententia absq; absurditate constare non potest: qvia 1. Creari ab æterno est vi vocum incipere ab æterno; at ab æterno incipere nihil potest, esset enim principium sine principio. 2. Creatura à *parte Ante* æterna vel ipso sono vocum implicat. 3. Æternitas est essentiale attributum DEi solius, qvô autem jure DEus Gen. 21, 33. Jes. 57, 15. Dan. 6, 26. ab æternitate tanqvam propriâ notâ describeretur, si creaturæ esse possent penitus æternæ? 4. Æternitas est duratio permanens sine principio h. e. infinita; Nulla autem Creatura potest habere talem durationem, qvia non potest habere essentiam infinitam, neqve durationem, qvæ maneat semper eadem. 5. Omne æternum est immutabile, mundus autem

autem mutabilis. 6. Creatio alicujus rei, præsupponit eam non fuisse ab æterno: neqve enim à non esse ad esse produci potest, qvod ab æterno esse suum obtinet.

Q. VII. Cur DEus non prius Mundum creaverit?

§. 1. Qvæstio hæc præsupponit ante mundum conditum, h. e. ante concreatum mundo tempus extitisse aliqvod tempus, cum tamen Deus in principio temporis Cœlum & Terram fecerit. Qvocunqve tempore dato semper adhuc qværeret humana curiositas, cur non prius creaverit Deus mundum.

§. 2. Voluntas DEi est summa Causa. Augustin. l. 1. de Genesi cont. Manich. c. 2. *Causam Voluntatis Divinæ in his & similibus frustra qværi, cum Voluntas DEi sit omnium causa.* Et lib. 6. de C. D. c. 17. *Voluit Deus mundum creare ante paucos annos, ut intelligeremus ipsum gratuitâ bonitate hoc fecisse: non necessitate, qvia sine illo Deus in æternitate fuit.* Athanas. Or. 2. cont. Arian. *Sicut cum posset Deus ab initio Adamo, aut Noæ, aut Mosi verbum suum emittere, non tamen emisit, nisi in consummatione seculorum, tum enim id utile esse noverat universæ creaturæ, ita qvoqve creatæ, cum ipsis utile fuit, procreavit.* Gerh. Disp. IS. XI. c. 8.

Q. VIII. Qvid DEus fecerit ante conditum Mundum?

§. 1. Pii Veteres tripliciter respondent: 1. Per ἀποσιώπησιν, uti Irenæus l. 2. c. 47. *Qvædam qvæstionum Deo sunt committendæ, utpote, si qvis interrogaverit, antequam mundum faceret Deus, qvid agebat? dicimus, qvoniam ista responsio subjacet Deo. Qvoniam mun-*

mundus hic factus est apoteleſtos, à Deo temporale initium accipiens, Scripturæ nos docent; qvid autem ante hoc Deus ſit operatus, nulla Scriptura manifeſtat, ſubjacet ergò hæc reſponſio Deo. 2. Per ἀντερώτησιν, uti Auguſtinus lib. 11. de C. D. c. 5. *Ita qværitur, cur potius nunc & non antea factus ſit mundus, qvemadmodum qværi poteſt, cur hic potius, ubi eſt, & non alibi? Nam ſi infinita ſpatia temporis ante mundum cogitant, in qvibus eis non videtur Deus ab opere ceſſare potuiſſe. Similiter ergò cogitent extra mundum infinita ſpatia locorum, in qvibus, ſi qvisqvam judicat, non potuiſſe vacare omnipotentem, nonne conſeqvens erit, ut innumerabiles mundos cum Epicuro ſomniare cogatur.* 3. Per ἄρνησιν, uti idem Auguſtinus lib. 11. Confeſſ. c. 12. *Dico tè Deus noſter omnis creaturæ Creatorem. Et ſi cœli ac terræ nomine omnis creatura intelligitur, audenter dicam, antequam faceret Deus cœlum & terram, non faciebat aliqvid. Si enim faciebat, qvid niſi creaturam faciebat? & utinam ſic ſcirem, qvicqvid utiliter ſcire cupio, qvemadmodum ſcio, qvod nulla fiebat creatura, antequam fieret ulla creatura.*

§. 2. Eidem Auguſtino paſſim à multis tribuitur, qvod reſponderit, *Deum infernum paraſſe*, talia qværentibus; ſed ipſemet hanc reſponſionem à ſe amovet, & in alium transfert, ſcribens lib. 11. Confeſſ. c. 12. *Ecce reſpondeo dicenti. Qvid faciebat Deus, antequam faceret Cœlum & Terram? Reſpondeo non illud, qvod qvidam reſpondiſſe perhibetur, joculariter eludens qvæſtionis violentiam, alta, inqvit, ſcrutantibus, gehennas parabat, aliud eſt videre, aliud ridere, hæc non reſpondeo.*

Liben-

Libentius enim respondeam, nescio, quod nescio, quàm illud, unde irridetur, qui alta interrogavit, & laudetur, qui falsa respondit. Theologi nostri distingvunt inter Decreta Dei interna, & opera Dei ad extra. 2. Inter Actiones Dei immanentes & emanantes. 3. Inter perfectionem Dei essentialem, internam ac immutabilem, & inter externam ejus manifestationem. Atq; ex Scripturâ respondent, Deum nos ante jacta Mundi fundamenta elegisse Ephes. 1,4. parasse nobis regnum Matth. 25,34. gratiam nobis dedisse in Christo 2. Tim. 1,9.

Q. IX. In qvod Anni Tempus Principium Mundi incidat?

§. 1. *Brochmand.* in Syst. varietatem sententiarum contemplatus, *malo*, inqvit, ἐπέχειν, *qvàm certi aliqvid temerè definire, sequutus Scripturam &c.* Facit cum eo *Hottingerus* in Hist. Creat. scribens: 1. Nihil certi de certo anni tempore haberi ex Scripturâ Sacrâ. 2. Qvæstionem hanc, nisi commodâ emolliatur προλήψει, planè ἄλογον & ἀπρὸς δύνυσον esse: cum constet, has temporum vicissitudines propriè dictas non fuisse. 3. Rationes, qvibus suam qviqve statuminant sententiam, vel frigidas esse, vel non satis apodicticas. 4. ἀκριβῶς loqvendo, hoc primum creationis punctum, nec vernum, nec autumnale, sed οἰκονομικὸν & dispensationis Divinæ esse: Verùm, utut concedatur de primo mundi triduo, extraordinariè à luce primigeniâ constituto, qvod fuerit dispensationis Divinæ; aliter tamen se habet cum Die conditi Solis, positi utiqve in certo aliqvô signo sub initium Creationis, de cujus principio motus in Zodiaco qvæstio est. Non enim hæc tam re-

 spicit

ſpicit Anni tempeſtates, qvam illam Zodiaci partem, qvæ ſolem recepit, & motus in illo principium, qvod omninò certum debet figi, ut inde menſura temporis capiatur, & annus, & anni tempora, tum primum, tum cætera ſecuta deducantur.

§. 2. Cum itaqve qvatuor cardinalia cœli ſint puncta, nemo *hyemalem* & *æſtivum* cardinem, ceu principium motus à qvo, aſſignavit, præter *Gerhardum Mercatorem*, qvi æſtivum elegit, argumento è ramo virentis olivæ, â columbâ Noæ allato, ductus.

§. 3. *Autumno* favent Ægyptii, & alii Orientales, hodiè annum ab autumno inchoantes, Ruſſi, Judæi, plurimiqve Viri docti, Theologi, Chronologi, Philologi, inducti his rationibus: 1. Qvia menſis Tiſri, Septembri reſpondens, usqve ad exitum Iſraelitarum ex Ægypto, menſis anni primus fuerit. 2. Qvia arbores fructibus ornatæ & onuſtæ initio mundi fuerunt. 3. Qvia Hebræi jubentur ſolennitatem tabernaculorum menſe ſeptimo, in exitu anni, celebrare. 4. Qvod anni Sabbatici & Jobelæi menſe Tiſri incipiant. 5. Qvod initium Diluvii menſe 2. anni cœperit. Qvarũ ſolutio apud Brochmand & alios videatur.

§. 4. Pro *vernali* mundi *initio* æqvè tot graves ac docti Viri dimicant, his validiſſimis rationibus moti: 1. Qvia menſis Niſan, Martio reſpondens, primus conſtituitur menſis Judæis Exod. 12, 2. Tiſri autem ſemper ſeptimus vocatur, qvæ dinumeratio menſium ſcripturæ perpetua eſt. 2. Qvia Analogia mundi *creati*, & per Chriſti paſſionem vernali tempore *reparati*, id ſubinnuit. 3. Qvia â mundo condito usqve ad A. M. 2514, qvi erat annus

Digitized by Google

nus exitus Israelitarum ex Ægypto, ne unus qvidem, nedum sex menses, totos & integros annos excedentes, vel totaliter, vel partialiter inferuntur & commemorantur per 2513. continuos annos. Atqvi ille Annus incipiebat â Vere seu Nisan, prout notissimum est. Ergo & primus Mundi Annus â Vere cœpit. 4. Qvia per tota Biblia trium primorum mensium Historiæ Veri semper respondent, etiam ante 2514. A. M. æq; ac post eum, secundorum trium Æstati, tertiorum trium Autumno, qvartorum Hyemi. 5. Qvia pudenda Tautologia alias tribuenda veniat Spiritui S. Exod. 12, 2. *Hic mensis vobis principium est mensium. Primus ille esto vobis inter menses cujusqve anni.* V. Ravius & Wasmuth. in Chronol.

Q. X. Qvot Annorum (Dierum) Chiliades â primo hoc principio ad Christum natum elapsæ?

§. 1. Tot hic ferè sunt sententiæ, qvot sunt Capita. Atqve uti diversis principiis nituntur, ita diversissimus emergit numerus. Qvi LXX. sequuntur, numerant A. 5199. qvem Computum etiam observant Ægyptii, Græci, Syri, & Arabes, observante Hottingero in Hist. Cr. p. 12. Judæi & Samaritani numerant ad æram Christianam annos 3760. *Scaliger, Calvisius, Emmius, Behmius, Helvicus,* &, qvi hos sequuntur, 3949. m. 3. Plures sententias qvi cupit, adeat *Hottinger.* Histor. Eccl. P. I. p. 22. *Ægid. Strauch.* Brev. Chron. p. 360.

§. 2. Alii malunt ἐπέχειν, qvemadmodum celeber. *Hottingerus* in Hist. Cr. q. 6, p. 13. *Nos*, inqvit, *CL. Spanhem* (Dub. Ev. P. II. Dub. 1.) ἐπιφωνήματι, *hanc qvæstionem* בתיקי *in thecâ suâ, ut Hebræi loqvi amant, relin-*

qvimus; Qvid restabit, nisi ut dicamus, Spiritum S. nos jubere hîc ἐπέχειν, nec definiendum esse cum periculo, qvod sine periculo ignorari potest. Alii, Siracidis verbis moti c. 1. v. 2. partim impossibilitatem, partim difficultatem obtendunt. N. Lyranus ad c. l. annos mundi haberi cognitos ratione qvadam probabili, non tamen certitudine infallibili, existimat. Ipse *B. Gerhardus* in Gen. p. 8. inter alia respondet: 1. *Dies seculi non possunt sciri humanâ ratione, possunt tamen sciri divinâ revelatione in Scripturis traditâ.* 2. *Non de annorum, sed dierum Computo Siracides qværit.* Clarius *D. Pareus* in Procem. defens. Chronol. Synops. p. 314. *Tempus Astronomicum à primo creationis puncto, ad primum Æræ Christianæ exactum, qvi se dare nobis posse promittunt, favore mihi digni videntur magis, qvàm laude, qvia majus qvid ingenio humano moliuntur.* Pergit tamen & animum restituit, inqviens: *Nisi fortè hæc tria nobis præstare possint. 1. Primum punctum motuum à priori certum dare. 2. Inde à primô puncto ad CHRISTI natales motuum perpetuorum tabulas veras & certas exhibere. 3. Epocharum & Eventuum singularium vel præcipuorum alligationem ad motuum tabulas veram certamqve designare.* Qvô modo etiam retrogradam supputationem a qvovis dato die ad ipsum primum mundi diem certam sperat Basilius hom. 1. Hexaëm: *Scire*, ait, *sanè possis, à qvo primum tempore cœperit illud mundi Systema, si scil. à præsenti qvovis die ad superiora regressus primum mundi conditi diem assequi contenderis. Hoc enim pacto invenies, à qvô die primus motus temporis sit deducendus.*

§. 3. Præ-

Digitized by Google

§. 3. Præstiterunt autem, qvod ante eos nemo, duo id celeberrimi Viri, *Ravius* & *Wasmuthus*, qvi, incredibili labore, nobis exhibuerunt Systema, non tantum annorum, sed dierum etiam exactissimum, ab orbe condito, ultra nostra tempora, ita ut non tantum retrogradâ supputatione, sed qvoqve â priori, eâqve longè certiore & faciliore, primum punctum motuum hodie sciatur. In eo autem differunt Viri Optimi, qvod *Ille* Anni Tropici qvantitatem determinaverit 365. d. 5. hor. 47. m. pr. 8. sec. *Hic* autem 365. d. 5. hor. 34. m. 17. sec. qvæ Diversitas notabilis statim in primo Cyclo Solis differentiam dierum infert, ita ut, cum *istius* calculo in 17. A. hujus Cycli bisextus incalandus, *hujus* seqventi 18. A. demùm incaletur, qvæ differentia continuata in *Ravii* Chronologiâ necessariò excessum infert â verô cœlesti anno, totamqve Chronologiam turbat: qvemadmodum *Iulianus* Annus duplâ laborat excessivâ differentiâ, scil. 25. m. 43. sec. annuè, qvæ in singulis Period. ☉laribus 112. annorum præcisè biduum, & ab origine M. per elapsas jam 52. periodos ☉lares 104. dies importat. Notavit hunc errorem in *Raviana* Qvantitate ipse *D. Wasmuthus* in Specim. Apodict. p. 23. *Porrò hinc evenit*, ait, *ut si vel maximè verum Numerum Annorum Mundi assequerentur Astronomi & Chronologi, ne sic tamen verum* DIERUM *Mundi numerum, adeoqve justas Ferias Hebdomadicas assequi possent per illam suam 5. Hor. 49. m. Anni cœlestis* ☽*vantitatem, sed necessariò adhuc 52. diebus (vel 59. pro ipsorum conjuncto altero errore) excessuri nunc forent verum & realem Dierum M. numerũ. Cui exemplo manifesto est tota* RAVIANA CHRONOLOGIA,

qvæ itidem medii Tropici Anni, loco Veri, assumsit Qvantitatem, & hanc justam 5. Hor. 47. m. 8. sec. (nisi qvod in 3iis & 4tis minutis mox deficiat) constanter servat, nec nisi unius anni defectu (circa Diluvium, indeqve per totum suum reliqvum Systema) deflectit ab Historicâ verâ connexione; tamen per illam ipsam Mediam, pro Verâ, Anni Qvantitatem, âjusto Dierum Mundi Numerô, (genuinô licet resumptô Anno Mundi 5824. completô), adhuc aberrat excedendo 52. diebus; ut clarè prodit ibidem apposita (è continuo Mundi Mediarum Feriarum nexu rectô), ad hunc præsentem 5824. Annum Mundi completum, Æqvinoctialis Feria ☿, pro nostrâ Verâ ac genuinâ ibi tunc Feriâ ☉ Æqvinoctiali. &c. Vid. ib. plura, & passim *Wasmuthum* in alleg. Specim. Breviario, Clave, & Tab. Summariâ, qvæ *Ianua mundi aperta* inscribitur: ex qvâ, cum soli Huic à Deo hæc Gratia data sit, nobis Tabulas Motuum, Annorum, Dierum veras, à primo creationis puncto, ad & ultra nostra tempora exhibere, seqvens Canonion in gratiam Lectoris excerpere atqve apponere lubet, qvô Epochas VIII. principaliores à creatione Mundi usqve ad Annum Mundi completum 5824. Christi completum 1683, ineunte 1684. Æqvinoct. Vernô, ceu ipsô fine Periodi Solaris 52dæ â Condito Mundo, videre licet.

ANNI in Æqvin. vernis completi: â

A.	Creatione Mundi usqve ad Diluv. exclus.	1656.
B.	Diluvio ad Abrahæ Voc. & Egress. ex Haran,	428.
C.	Abrah. Vocatione & Egressu ad Exodum Israel.	430.
D.	Exodô Israel. ex Æg: ad Templum Salomonis.	599.
E.	Templo Salom. cœpto, ad Excidium ejus,	429.
F.	Excid. & Capt. Babyl. ad ejus solutionẽ per Cyrũ.	70.

G. So-

Digitized by Google

G. Solutione Capt. Babyl. ad Nativitat. Christi, 529.
H. Nativ. Chr. ad usqve curr. 1684. A. C. 1683.

ANNI harum Epocharum VIII. Collecti, cum

	Diebus.	Fer.	Hor.	//	Mens.		Hebdom. M. compl.
A. 1656.	604824.	♂	10.	17.	9. April.	15.	86403. cum 3. diebus
B. 2084.	761143.	♃	18.	51.	26. Apr.	11.	108734. cum 5. d.
C. 2514.	918193.	♂	14.	37.	17. Apr.	7.	131170. cum 3. d.
D. 3113.	1136967.	♀	15.	51.	36. Apr.	2.	162423. cum 6. d.
E. 3542.	1293652.	♂	6.	0.	0. Mart.	30.	184807. cum 3. d.
F. 3612.	1319218.	♃	12.	0.	0. Mart.	29.	188459. cum 5. d.
G. 4141.	1512426.	♀	7.	17.	9. Mart.	24.	216060. cum 6. d.
H. 5824.	1227112.	☿☉	6.	0.	0. Mart.	9.	303893. cum 1. die.

Bisextili hoc ultimo.

Concordant in A. M. 4140. compl. ad N. Christum, discordant hi Duumviri in numero dierum; *Ravius* enim in tit. *Chronol. Bibl.* elapsos esse dies ad N. CH. 1511965. ponit, apud *Wasmuthum* autem plane alius calculus & dierum numerus deprehenditur.

Q. XI. An ex nihilo, & qvali actionis genere, DEus Cœlum & Terram produxerit?

§. 1. Qvid de hac Qvæstione, humana Ratio, etiam acutissime cogitans, absqve Dei verbo, judicet, Veterum Philosophorum ostendunt placita, sive potius deliria, qvæ apud *Laërtium, Aristot.* & *Ciceronem* legi & videri possunt.

§. 2. Vanitatem Gentilium uno verbo ברא Moses elidit, indicans, DEum fecisse Mundum existere, cum nondum existeret, & produxisse ex nihilo. Eqvidem nondum omnes consentiunt in propria Vocis ברא significatione, *a* dum alii volunt, generatim eam significare,

magni-

magnificè & eximiè aliqvid efficere; β. Alii, *efficere magnificentissimè & potentissimè;* γ. Alii, *novam rem producere per Imperium;* δ. *Bohlius* cum aliis, formaliter notare, *deducere â non esse ad esse;* ε. Alii, propriè significare, *ex nihilo* h. e. ex nulla re præexistente *aliqvid producere;* ζ. Alii negant, propriè notare productionem è nihilô; η. Alii qvidem concedunt h. v. 1. sed tamen *adtalem productionem in Scripturâ non restringi*, cum etiam dicatur de rebus ex præjacente materiâ factis. θ. Aptè & convenienter dici primùm de eâ creatione, *qvæ rei dat esse simpliciter:* secundò autem de eâ productione, *qvæ rei dat hoc esse*, cum hac tamen distinctione, qvod DEus, etiam cum dat hoc esse, id faciat immediatè, tanqvam Causa universalis, sive sola id præstet, sive cum particulari ap eundem numero effectum concurrens. Qvæ tamen non possunt omnia probari.

§. 3. Communis Doctorum sententia est, propriam Voc. ברא significationem esse, *producere aliqvid vel ex nihilo simpliciter tali, vel ex nihilo naturalis indispositionis*, sive ex materiâ planè inhabili & indispositâ, qvæ pro nihilo, respectu rei producendæ, æstimanda sit. Prior significatio, *qvâ tota res immediatè producitur ex nihilo negativo*, dicitur primaria; Posterior verò, *qvâ res aliqva mediatè ex materiâ producitur, qvæ tamen in illius potentiâ non fuit*, dicitur secundaria: Utraq; propria est, Deoq; soli conveniens. Unde Nonnulli hîc addunt, Verbum hoc semper respectum dicere ad nihilum, sive immediatè sive mediatè res producatur: cumqve mediatæ creationi nihilum privativum, (qvod generationi competit) haud præ-

Digitized by Google

præsternatur, asserunt, Creationem etiam mediatam cum respectu ad nihilum negativum explicandam esse. *Nostra sententia*, ait D. Seb. Schmidt C. B. V. T. p. 186. *hæc est: 1. Verbum* ברא *semper significare aliqvid ex nihilo producere, sive sit substantia, sive accidens. Ita qvidem 2. ut vel res tota immediatè ex nihilo producatur. Vel 3. in præjacente materia aliquid ex nihilô producatur, qvod nec in potentia illius materiæ fuerit, nec ex illâ educi potuerit. 4. In primâ rerum constitutione DEus qvædam produxit, qvoad totum esse, ex nihilo; pleraqve in præexistente materia creavit, qvæ in potentiâ materiæ nondum erant, nec ex illâ erant educibilia. -- Sicqve rectè dicitur homo creatus sive ex nihilo productus, qvia sine productione aliqva ex nihilo non poterat fieri homo. Qvo pertinet locus Num. 16, 30. In ipsa rerum administratione 5. DEus dicitur adhuc creare e. g. homines - non in aliâ, qvàm productionis ex nihilô significatione: qvia qvodcunque DEus dat, sive conservando, sive res propagando, id sic dat, ut aliunde non accipiat, sed ex nihilo per immediatam suam potentiam conferat. Itaqve verbum* ברא *semper significat producere ex nihilo, & solius Dei est.*

§. 4. Vocabulum igitur Moses, Ecclesiæ proprium, usurpavit, qvô id vult dicere: *DEus*, actione suâ prima, nobilissimâ, & propriâ, *ex nihilo produxit Cælum & Terram. Primâ;* ante hanc enim nulla alia externa fuit: *Nobilissimâ;* nihil enim nobilius, qvàm esse, & nihil ignobilius, qvàm non esse: *Propriâ;* Scriptura enim hoc verbum nusqvam creaturis, sed utiqve soli Deo vendicat. Vid. *Paræus* h. l. col. 72. sqq. ubi ex inductione confirmat,

non tantùm Cœlum & Terram ex nihilo esse; sed etiam res omnes alias verè esse ex nihilô. Addit deinde pleniorem hanc Creationis Definitionem: qvod sit *Actio DEi propria, immediatè, solo actu producentis materiam vel formam rerum, vel res ipsas ex nihilô: hoc est, ex nulla materia præexistente, vel ex præexistente indispositâ simpliciter: idque ut creaturis bonitatem & gloriam suam patefaciat.* Qvâ descriptione utramqve speciem creationis conjungit, tum qvæ è nihilo s. ex nullo subjecto, tum qvæ ex nihilo qvoad formam, ex subjecto autem inhabili, qvoad materiam: atqve, cum alii ferè omnes *posteriore* reliqva omnia, præter animam, extitisse velint; ille nihil impedire scribit, qvò minus omnia alia, præter humanum corpus ad priorem speciem referantur. Qvòd suo etiam loco probat.

Q. XII. An nulla præexistens Materia, sive æterna, sive antea creata, fuerit ante hoc principium?

§. 1. Non mirum, gentiles Philosophos Mundi productionem ex nihilo negasse, cum ipsorum Philosophia doceant, *ex nihilo nihil fieri*; non distingventes, (ut fieri debet) inter vim naturæ finitam & leges generationis naturalis, atqve DEi potentiam, qvi supra & præter illam potuit & potest etiamnum efficere, qvod vult. Unde (α) ex præexistente materiâ æternâ, Anaxagoras, Pythagoras, Plato, & alii Ethnici, qvos Hæretici antiqvi, Marcion, Hermogenes, Hermiani, itemqve Manichæi, Seleuciani, à Tertulliano hinc Materiarii appellati, secuti sunt, Mundum productum esse statuernnt. (β) Democritus ac Leucippus, ex fortuito atomorum concursu, mundum exti-

Digitized by Google

extitisse, somniarunt. (γ) Nonnulli Hæretici, Aqvæ dicti, asseruerunt, Aqvam DEo semper coæternam fuisse.

§. 2. Patrocinantur hæresi de materiæ primæ æternitate Sociniani, item Conradus Vorstius, asserens: nusqvam in S. Literis disertè scriptum esse, mundum & omnia, qvæ in eò sunt, ex nihilo creata esse. Vid. Episcopius qvoq; in hanc sententiam l. 4. Inst. s. 4. c. 14. p. 295.

§. 3. Qvod autem in principio Omnia, non ex præexistente sive æternâ, sive ante creata materia, sed ex nihilo purè negativo, creata sint, patet (1) ex prætermissâ ullius materiæ apud Mosen mentione. (2) Ex propria vocis בָּרָא significatione. (3) Ex Textus circumstantiis: qvia in principio, qvo per creationem existere cœperunt creaturæ, exstitit, & existere potuit solus Creator, qvo solo existente, cuncta, præter Ipsum, nihil erant. (4) Ex Creationis periphrasi Paulinâ Rom. 4, 17. Heb. 2, 3. V. plura apud *Qvensted.* Syst. P. 1. c. 10. q. 5. p. 428. sq.

Q. XIII. An nulla detur Creationis Causa Instrumentalis?

§. 1. Opus Creationis Mundi tribuerunt (α) *Angelis* Simoniani, Gnostici, Menandriani, Cerinthani, & Achontici, ceu opus Deo indignum: qvibuscum faciunt Saturnini, qvi Mundum â septem Angelis factum dicebat, absq; Dei Patris consensu. (β) Manichæi, Marcionitæ & Cerdoniani duo principia, bonum & malum finxerunt, qvæ mundi causam esse delirarunt. (γ) Apellitæ & Priscillianistæ unum principium asseruere, DEum bonum, â qvo factus sit alter, qvi verò malignus existens, in suâ malignitate mundum fecerit. (δ) Ariani opus creationis, ceu

majestate Patris indignum, Filio ceu minori & inferiori tribuunt, qvi nonnulla spiritui perficienda demandarit, unde *Duliani* Filium Instrumentum & Servum Patris dixerunt. (ε) Sociniani item Filium Dei, Mundi, non causam primam, sed tantùm secundam esse asserunt. (ζ) Sunt, qvi Spiritum seu Animam Mundi primo die creatum esse statuunt, qvi faber fuerit creationis reliqvæ.

§. 2. Nullam dari Creationis causam instrumentalem, constat 1. ex Scripturâ, qvæ opus creationis soli DEo ita proprium facit, ut ab eô, per particulam exclusivam, omnes extra Deum essentias excludat, sive se habeant, ut causæ principales, sive ut instrumentales. Jes. 44, 24. Job. 9, 8. (2) Ex naturâ instrumenti: Nam (α.) omne Instrumentum operatur *dispositivè* & *præparativè* & per propriam actionem ad effectum principalis agentis. In creatione verò nullum subjectum præexistit, circa qvod creatura tanqvam instrumentum prævia operari qveat. Neque juvant Hæreticos (β. Particula διὰ Joh. 1. & Rom. 11. & Patrum Locutiones; nam hæ sunt ἀκυρολογίαι, & illa sumi debet sensu architectonico. V. *Qvenst. q. 3.*

Q. XIV. An Potentia creandi communicari potuerit creaturæ?

§. 1. Ita disputant Scholastici, qvorum (α) qvidam statuunt, posse aliqvam creaturam produci, cui velut principali causæ nativâ virtute conveniat, creare. (β) Alii sentiunt, posse creaturam assumi â DEo & adhiberi per absolutam potentiam, velut instrumentum supernaturale Physicum ad aliquid producendum ex nihilo. (γ) Probabilissimum qvoq; *Lalemandetio* videtur, posse divinitus communicari potentiam creativam alicui creaturæ.

Digitized by Google

§. 2. Orthodoxa ſententia eſt, Creationem eſſe ſolius Dei opus, ita ut nulli creaturæ, quæ extra λόγε hypoſtaſin ſit, ſive tanqvam cauſæ principali, ſive cauſæ inſtrumentali dependenter, aut independenter agenti vel potentia creandi, vel ex nihilo producendi, ullo modo communicari poſſit. Id qvod conſtat (1) *ex Scripturâ*, qvæ opus creationis ita DEo ſoli proprium facit, ut iſtâ præcipuâ notâ à falſis Diis diſcriminet Jer. 10, 11. Pſalm. 96, 5. Jeſ. 45, 5. (2) Ex rationibus, deſumtis (α) à natura creationis, ad quam requiritur infinita virtus & independens potentia, qvæ creaturæ communicari non poteſt, niſi ſimul tota Divinitas communicetur. (β) Ab oppoſitione Creatoris & creaturarum. (γ) Ab Unitate infinitæ virtutis. (δ) A conditione creaturarum, in quas virtus infinita non cadit, quæque independenter nec eſſe, nec agere poſſunt. (ε) A natura inſtrumenti, cujus reqviſitū eſt, ut habeat aliquam propriam & peculiarem vim, per qvam ex ſe aliqvid conferat ad producendum effectum ſuperioris agentis; Creatura autem nihil ex ſe habet, qvo cum Creatoris actione & productione ex nihilo conjungi poſſit, adeoq; ad creationem concurrere neqvit, ne qvidem ad modum organi. V. *Qvenſt. c. l. q. 4. p. 426. ſq.*

Q. XV. An hæc Creatio ſextidua naturæ lumine conſtet?

§. 1. Pleriqve Scholaſtici Creationem ex nihilo ex naturæ lumine & rationibus Philoſophicis firmiſſimè demonſtrari poſſe, non dubitant. Non ergò hi & alii Dogma de mundi creatione pro Articulo puræ fidei ac meræ revelationis agnoſcunt. Ipſe Macrobius l. 2. in Somn. Scip.

majestate Patris indignum, Filio ... Eum posuisse
tribuunt, qvi nonnulla spiritui ... Mundo c. 6. Ve-
unde *Duliani* Filium Instrum... ...lium omnium,
dixerunt. (ε) Sociniani iter... constituta. Sed
causam primam, sed tantùm ... ...ationem in ge-
Sunt, qvi Spiritum seu A... omnium â Deo,
tum esse statuunt, qvi ... ...m; & Creatio-

§. 2. Nullam ... ...n, pro ejusmo
lem, constat 1. ex S... ...ine prævia
ita proprium fac... ...m spatiô
omnes extra De... ...ite Divi
causæ princi... ...n s. pl
9, 8. (2) ... ...reat
strument... ...r
propri...
creati... ...andi actum...
cre... ..., & possibilitatem â parte
N...

...ionem εἰδικῶς & formaliter acceptam,
...uctione ex nihilo, sine prævià alteratione, in
...pore, sex dierum spatiô, modo ac ordine â Mose ostenso, virtute incommunicabili & infinitâ, factâ, neque ex lumine naturæ cognosci, neqve rationibus Philosophicis demonstrari posse, constat [1] ex clarà Scripturæ assertione, Hebr. 11, 3. Fide intelligimus aptata esse secula Verbo Dei. [2] Ex conditione creationis, qvæ à libera Dei voluntate pendet, eam verò humanus intellectus naturali acumine citra revelationem penetrare neqvit: nihil enim constat de liberis Dei actionibus, nisi ex revelatione.

[3] Ex

[3] Ex ratione: Q[illegible] [illegible]rasi Mosaicæ tribuentes: Dicunt e-
vel à posteriori cog[illegible] [illegible]determinatam multitudinem s. Tri-
neque à priori ex n[illegible] [illegible]n tantùm personarum cum Uni-
historica, instituta [illegible] [illegible]uralitas alibi ad ternarium redi-
steriori; qvia ex [illegible] [illegible]e argumentum, sed cui, post
actus; sed qvô te[illegible] [illegible]it relinqvendus. (γ. Non
berè agens, effec[illegible] [illegible]unitum produci debere,
[illegible]id. *Gerhard. D*[illegible] [illegible]. S. explicationem in
[illegible]. 419. *seq.* [illegible]ere contra hostes &
[illegible]. XVI. [illegible] [illegible]nos.
[illegible] [illegible], qvæ ἐπιεικείαν
[illegible]. 1. C[illegible] [illegible]voqve suppe-
[illegible]iore[illegible] [illegible]re & indigi-
[illegible]t; [illegible]. Trinita-
[illegible] [illegible]nsatio-
[illegible]ecclesiæ pro[illegible] [illegible]ienti,
& AntiTrinitarii, qvi [illegible] [illegible]vo-
scunt, eundem qvoq; solum [illegible]

§. 2. Sed Scriptura non soli Pa[illegible]
Spiritui S. opus creationis tribuit, & qvide[illegible]
hujus articuli sede asserit, Deum *dicendo* omnia cre[illegible]
Spiritum aqvis incubuisse; ubi per verbum *dicendi* Filium,
per *Spiritum aqvis incubantem* Spiritum S. intelligi Dd.
demonstrant. Alibi Scriptura distinctè, tùm Patri, tùm
Filio, tùm Spiritui S. Creationis opus assignat. Addit
autem alibi discrimen personarum, qvod scil. *omnia* â (ἐξ)
Patre, per (διὰ) *Filium, in* (εἰς) *Spiritum S.* condita sint
Rom. 11, 36. qvæ tamen particulæ nullam inæqvalitatem
inter personas Divinitatis inferunt, sed unius & inconfusæ
Natu-

Digitized by Google

Naturæ proprietates exprimunt, ac regulam Theol. illam, *qvòd Opera Trinitatis ad extra sint indivisa*, cum hac limitatione, [*servato ordine & discrimine personarum*] intelligenda esse, admonent.

§. 3. Interim peculiariter in Symbolo Apost. *Patri* opus creationis tribuitur, non, qvasi ab ejus efficientia Filius & Sp. S. excludantur, ut qvi in eo æqvaliter, efficienter cum P. operati sunt; sed 1. ἀναιτίως, qvia Pater est Fons & Principium, non qvidem temporale, sed originale Divinitatis, à qvâ universa sunt condita, qviq; virtutem creandi non habet ab aliâ persona, uti Filius à Patre, & Sp. S. ab utroque habet. 2. οἰκονομικῶς, qvia Pater in creatione se maximè manifestavit, ejusq; Potentia eluxit. 3. διακριτικῶς, ut in operibus ad extra discrimen personarum Trinitatis extaret. *Gerhardus Disp. Isag. X. cap. 3. §. 8.*

Q. XVII. *An Moses, phrasi* ברא אלהים, *tres illas Personas in Unitate essentiæ insinuarit?*

§. 1. Sunt, præter Judæos & Photinianos, S. Trinitatis hostes acerrimos: *Primò* Doctores Christiani, qvi ex hâc constructione, *Pluralitatem cum Unitate*, minimè probari posse autumant, hocq; argumentum inde desumtum pro novo, imbecilli, & glossâ violentâ habent, â qvâ cavendum sit.

§. 2. *Deinde* sunt, qvi non tantum *Pluralitatem cum Unitate*, sed mediatè qvoq; Trinitatem, ex hac phrasi Mosaicâ, satis benè & dilucide concludi posse, statuunt, observantes, Mosen, contra leges Grammaticæ, nomen plurale cum verbô singulari copulasse.

§. 3. *Denique* sunt inter hos medii, neq; nimium, neque

neqve minimum phraſi Moſaicæ tribuentes: Dicunt enim (α. non præcisè determinatam multitudinem ſ. Trinitatem; ſed pluralitatem tantùm perſonarum cum Unitate in illâ inſinuari, qvæ pluralitas alibi ad ternarium redigatur. (β. Secundarium eſſe argumentum, ſed cui, poſt alia, etiam ſuus omninò locus ſit relinqvendus. (γ. Non ſolitariè, ſed aliis teſtimoniis munitum produci debere, ſemperqve conjungendam eſſe Sp. S. explicationem in aliis locis propoſitam. (δ. Non valere contra hoſtes & hæreticos pertinaces; ſed inter Chriſtianos.

§. 4. Atqve hæc ultima ſententia, qvæ ἐπιεικείαν ſectatur, eſt optima, ſiqvidem argumenta qvoqve ſupperunt, Moſen ſtatim in principio, ſaltem inſinuare & indigitare voluiſſe, ſingulare qvid & admirandum, ſcil. Trinitatem in Unitate, & Unitatem in Trinitate, pro diſpenſatione temporum, ac modo patefactionis V. T. convenienti, ad qvam in N. T. clarior lux acceſſerit. Nam 1. ipſa vocum natura & indoles extraordinariè ita conjunctarum, nos ad pluralitatem & unitatem indiviſam deducit. Siqvidem vox *bara* in ſingul. numero, ſingularem qvoqve ſenſum, adeoqve ſignificatu ſuo unitatem; nomen perſonale vero *Elohim*, qvod ſuo ſingulari gaudet, atqve eidem contradiſtinctum & oppoſitum, in proprio, vero, & formali ſignificatu, citraqve enallagen, de DEo pluraliter dicitur, omninò pluralitatem infert. A qvô nativo, intrinſeco, propriiſſimoqve utriusqve numeri ſignificatu, temerè recedendum non eſt, præſertim ſi fundamento non careat. 2. Probabile eſt, Moſen, nullo modo contra uſitatam Syntaxin, hac phraſi, qvâ nomini plurali verbum ſin-

Digitized by Google

gulare jungit, usurum fuisse, nisi aliqvid singulare atqve adeò diverso respectu,& unitatem & pluralitatem in DEo, insinuare voluisset. 3. Regula qvoqve Grammaticorum de Discrepantiâ numeri approbat, hâc phrasi, unam unius DEi actionem (creationem scil.) pluribus competere suppositis: ex inductione enim exemplorum S. Scripturæ hæc Maxima extructa est, *Nomini vel verbo plurali nomen vel verbum singulare junctum, distributionem notare.* 4. Accedit paralleliſmus similium locutionum, qvibus numeri alternantur; singularis & pluralis junguntur; *Jehovah* & *Elohim* apponuntur; Vocabula pluralis numeri pro singularibus substituuntur. Vid. *Sennert. Heptad. 2. p. 83. sq.*

Q. XVIII. An hi tres Elohim sint tres Creatores, ac tres Causæ sociæ Creationis?

§. 1. Ita statuunt nonnulli, etiam docti Viri, moti cum locutionibus in Scriptura de Deo pluralibus; tum Joannneo testimonio 1. ep. 5,7. tum Particulis Paulinis Rom. 11, 36. de qvibus *q. 16. §. 2.* jam monitum, neutiqvam illis inæqvalitatem personarum Deitatis in opere creationis introduci; tum illorum Patrum ἀκυρολογίας, qvi Patrem causam creationis προκαταρκτικὴν, Filium δημιουργικὴν, & Spiritum S. τελειωτικὴν dixerunt, nullam tamen societatem, sed tantùm diversum attributionis modum & agendi ordinem designare volentes.

§. 2. Unum tantùm Creatorem Cœli & Terræ, non tres, illumqve unum Patrem, Filium, & Spiritum S. esse, constat (1) *ex essentiæ & potentiæ unitate;* hinc rectè Nazianz. Or. 2. de Theol. *Id qvod agit, est una trium personis*

nis communis Deitas. Ut ergò una Deitas, & una potentia: ita qvoque una creandi actio tribus personis ex æqvo communis, & per consequens unus tantùm Creator. (2) *Ex Regulâ* Theol: *Opera Dei ad extra sunt indivisa*, & omnibus tribus personis communia: Itaqve non agunt in operibus ad extra distincti Autores, vel causæ distinctæ, sed una est causa, & Autor unicus. (3) *Ex Symbolo Athanasii*, qvod omnes recipimus: *Sic Pater est Deus, Filius est Deus, Spiritus S. est Deus, & tamen non sunt tres Dii, sed unus est Deus. -- Sic Pater est Creator, Filius est Creator, Spiritus S. est Creator, & tamen non sunt tres Creatores, sed unus est Creator.* (4) *Ex ratione:* siqvidem in causis sociis est *α. Diversitas causalitatis*, ubi autem diversa causalitas, ibi diversæ causæ, diversa Entia. *β. Partialitas & particularitas influxus*, à qvâ oritur finitudo & divisio operationum, qvorum utrumque in Divinis non est admittendum. *Gerh. c. l. §. 9. Quenst. Syst. p. 424.*

Q. XIX. Qvid per Cœlum & Terram intelligatur?

§. 1. Per Cœlum & Terram, referente h. l. *B. Gerhardo*, intelligunt (1) qvidam generaliter omnes res visibiles, intra primos illos sex dies à Deo conditas. (2) Rabbini & Fererius Orbes visibiles seu orbes cœlestes, per terram qvatuor elementa. (3) Augustinus & Beda, Angelos. (4) Scholastici, qvidam Pontificii & Reformati, Cœlum empyreum. (5) Fr. Vallesius, aërem. (6) *Nos*, inqvit, *rudem & indigestam molem, confusam ac nondum dispositam & exornatam massam, qvæ cœli & terræ nomine appellatur per qvandam προλήψιν, ratione termini ad qvem consequentis ac finis, qvia Deus materiam illam eo fine*

produxit, ut cœlum & terra ex eâ postmodum formarentur. Duæ in his sunt præcipuæ sententiæ.

§. 2. *Prima* de rudi & indigestâ mole, qvam alii *chaos* appellant, alii *materiam primam*, ab Aristotelicâ tamen plurimùm differentem. Probantq; (α) ex v. 2. ubi terra dicitur tohu vabohu. (β) Ex Sap. 11, 18. (γ) Aliarum interpretationum remotione. (δ) Potiorum interpretum consensu. Sed has rationes non esse tanti ponderis, ostendit *Seb. Schmidt* Coll. Bibl. p. 183. sq. Interim, qvia *Lutherus* itidem verba Mosis de rudi & indigestâ mole exponit, nihilominus alii docti Viri hanc sententiam retinent, sed paululum mutatam, ita ut Globum ex tribus primis corporibus, cœlo, aqva, & terra, locis nondum distinctis, compactum statuant. Hancqve Lutheri qvoq; mentem fuisse, scribit *D. Schmidt c. l.* qvod scil. in ista mole vera terra & in substantiâ suâ plena, circumdata aqvis s. tenebris, sine animalibus, fluminibus, montibus; cœlum autem substantiæ aqveæ, & aqvis conjunctum, sine luminaribus, & nondum elevatum, fuerit.

§. 3. *Altera*, qvæ mihi rectior & textui propior videtur, per cœlum & terram, ipsum cœlum sub formâ substantiali cœli, & terram sub formâ substantiali terræ, intelligit: *Ita qvidem*, (verba sunt Hutteri) *ut cœli nomine veniat universum corpus cæleste, cunctos orbes cõplectens, perfectum qvidem, & integrum ratione substantiæ & magnitudinis, sed tamen sine luce, sine motu, & distinctione siderum, qvæ postea demum accesserunt; Terræ qvoqve nomine ipsum terræ elementum, qvod postmodum tertio die ab aqvis distinctum & separatum fuerit.* Patet (1) ex ipsa

literâ, seu propriâ significatione nominum, *Cæli* & *Terræ*, qvæ absqve sonticis rationibus & evidentibus deserenda non est; hæc enim vocabula propriè, & in usu scripturæ freqventissimo designant cœlum & terram sub formâ substantiali. (2) Quod Moses ה emphaticum utrinqve addit, qvasi digitô intensô, *hoc cælum* & *hanc terram* significans. (3) Qvod de illâ ipsâ terrâ, qvâde sermo v. 1. est, etiam loqvatur v. 2. sed à cœlo, imò aqvis & abyssо, distinctâ, juxta communem vocis usum. (4) Qvando terra dicitur *tohu vabohu*; vocabula hæc notant terram in suâ substantiâ perfectam, & ab aliis distinctam creaturis, vacuam autem iis, quæ in illâ esse debent, & solent hodiè ordinariè. Nec usquam hæc vocabula tantùm notant terræ materiam, minus cœli & aliarum creaturarum. Imó qvid sibi velit hæc inanitas, Moses exponit, qvando ostendit, qvod arbores, animalia, homines, sequentibus demum diebus creati sint. Caruit ergò terra, cum primò crearetur, arboribus, animalibus, hominibus, & hoc est revera *tohu vabohu*. vid. Deut. 32, 20. Jes. 34, 12. Jer. 4, 23. (5) Sanè nisi in principio statuatur creata esse terra, qvatenus ratione substantiæ consideratur, non apparet ex Mose, qvando illa tandem creata sit. Nam qvod de tertio die nonnulli regerunt, nimis dilutum est, siqvidem Moses non dicit, die illo tertio creatam esse terram, sed Deum dixisse, ut appareret ex aqvis arida sive terra. *Seb. Schmidt* & *Hutter*.

Q. XX. An Cælum Empyreum primo die creatum?

§. 1. Qvid & qvale Cœlum Empyreum sit, non consentiunt Theologi. Esse primo die, primoqve creationis instanti, productum, ac supra firmamentum locatum, in

majestate Patris indignum, Filio ceu minori & inferiori tribuunt, qvi nonnulla spiritui perficienda demandarit, unde *Duliani* Filium Instrumentum & Servum Patris dixerunt. (ε) Sociniani item Filium Dei, Mundi, non causam primam, sed tantùm secundam esse asserunt. (ζ) Sunt, qvi Spiritum seu Animam Mundi primo die creatum esse statuunt, qvi faber fuerit creationis reliqvæ.

§. 2. Nullam dari Creationis causam instrumentalem, constat 1. ex Scripturâ, qvæ opus creationis soli DEo ita proprium facit, ut ab eô, per particulam exclusivam, omnes extra Deum essentias excludat, sive se habeant, ut causæ principales, sive ut instrumentales. Jes. 44, 24. Job. 9, 8. (2) Ex naturâ instrumenti: Nam (α.) omne Instrumentum operatur *dispositivè* & *præparativè* & per propriam actionem ad effectum principalis agentis. In creatione verò nullum subjectum præexistit, circa qvod creatura tanqvam instrumentum prævia operari qveat. Neque juvant Hæreticos (β. Particula διὰ Joh. 1. & Rom. 11. & Patrum Locutiones; nam hæ sunt ἀκυρολογίαι, & illa sumi debet sensu architectonico. V. *Qvenst. q. 3.*

Q. XIV. An Potentia creandi communicari potuerit creaturæ?

§. 1. Ita disputant Scholastici, qvorum (α) qvidam statuunt, posse aliqvam creaturam produci, cui velut principali causæ nativâ virtute conveniat, creare. (β) Alii sentiunt, posse creaturam assumi à DEo & adhiberi per absolutam potentiam, velut instrumentum supernaturale Physicum ad aliquid producendum ex nihilo. (γ) Probabilissimum qvoq; *Lalemandetio* videtur, posse divinitus communicari potentiam creativam alicui creaturæ.

Digitized by Google

§. 2. Orthodoxa ſententia eſt, Creationem eſſe ſolius Dei opus, ita ut nulli creaturæ, quæ extra λόγε hypoſtaſin ſit, ſive tanqvam cauſæ principali, ſive cauſæ inſtrumentali dependenter, aut independenter agenti vel potentia creandi, vel ex nihilo producendi, ullo modo communicari poſſit. Id qvod conſtat (1) *ex Scripturâ*, qvæ opus creationis ita DEo ſoli proprium facit, ut iſtâ præcipuâ notâ à falſis Diis diſcriminet Jer. 10, 11. Pſalm. 96, 5. Jeſ. 45, 5. (2) Ex rationibus, deſumtis (α) à natura creationis, ad quam requiritur infinita virtus & independens potentia, qvæ creaturæ communicari non poteſt, niſi ſimul tota Divinitas communicetur. (β) Ab oppoſitione Creatoris & creaturarum. (γ) Ab Unitate infinitæ virtutis. (δ) A conditione creaturarum, in quas virtus infinita non cadit, quæque independenter nec eſſe, nec agere poſſunt. (ε) A natura inſtrumenti, cujus reqviſitũ eſt, ut habeat aliquam propriam & peculiarem vim, per qvam ex ſe aliqvid conferat ad producendum effectum ſuperioris agentis; Creatura autem nihil ex ſe habet, qvo cum Creatoris actione & productione ex nihilo conjungi poſſit, adeoq; ad creationem concurrere neqvit, ne qvidem ad modum organi. V. *Qvenſt. c. l. q. 4. p. 426. ſq.*

Q. XV. An hæc Creatio ſextidua naturæ lumine conſtet?

§. 1. Pleriqve Scholaſtici Creationem ex nihilo ex naturæ lumine & rationibus Philoſophicis firmiſſimè demonſtrari poſſe, non dubitant. Non ergò hi & alii Dogma de mundi creatione pro Articulo puræ fidei ac meræ revelationis agnoſcunt. Ipſe Macrobius l. 2. in Somn. Scip.

c. 10. asserit, *Universum Philosophiam DEum posuisse mundi conditorem.* Et Aristoteles l. de Mundo c. 6. *Vetus fama est, & quidem hereditaria mortalium omnium, universa à Deo & per Deum nobis esse constituta.* Sed Theologi rectè distingvunt, α. inter creationem in genere, latè & abstractè sumtam pro rerum omnium à Deo, qvocunqve tandem modo, productionem; & Creationem in specie, strictè & formaliter acceptam, pro ejusmodi productione, qvæ 1. facta ex nihilo. 2. Sine prævia alteratione. 3. Certo tempore & 6. dierum spatiô. 4. Modo & ordine à DEo præscripto. 5. Virtute Divinâ & incommunicabili. β. Inter scientiam totalem s. plenam; & partialem s. imperfectam. γ. Inter ipsam creationem; & modum ac ordinem creationis. δ. Inter rerum creatarum dependentiam; & earundem ex nihilò creationem. ε. Inter potentiam creandi; & inter creandi actum. ζ. Inter possibilitatem à parte DEi; & possibilitatem à parte rei creandæ, &c.

§. 2. Creationem ἀδιαφῶς & formaliter acceptam, pro productione ex nihilo, sine prævià alteratione, in tempore, sex dierum spatiô, modo ac ordine à Mose ostenso, virtute incommunicabili & infinitâ, factâ, neque ex lumine naturæ cognosci, neqve rationibus Philosophicis demonstrari posse, constat [1] ex clarâ Scripturæ assertione, Hebr. 11, 3. Fide intelligimus aptata esse secula Verbo Dei. [2] Ex conditione creationis, qvæ à libera Dei voluntate pendet, eam verò humanus intellectus naturali acumine citra revelationem penetrare neqvit: nihil enim constat de liberis Dei actionibus, nisi ex revelatione.

[3] Ex

[3] Ex ratione: Qvicqvid enim cognoscitur, vel à priori, vel à posteriori cognoscitur. Creatio rerum ex nihilo, neque à priori ex natura potest cognosci, quia est qvæstio historica, instituta de re & facto singulari: Neque à posteriori; qvia ex effectu cognosci qvidem potest causæ actus; sed qvô tempore & qvô modo, causa præsertim liberè agens, effectum illum produxerit, cognosci neqvit. Vid. *Gerhard. Disp. Isag. X. c. 2. §. 3. 4. Qvenst. cit. l. q. 1. pag. 419. seq.*

Q. XVI. *An solus Pater sit Creator, & cur Patri peculiariter in Symbolo tribuatur?*

§. 1. Creationem esse actionem unius ac solius veri DEi, saniores Ethnici etiam ex naturæ lumine cognoscere potuerunt; sed qvod ille unus & verus Deus, qvi omnium creator & autor, sit *Pater, Filius & Spiritus S.*, cognitio est Ecclesiæ propria, & ex luce verbi petita. Judæi autem, & Anti Trinitarii, qvi Patrem solùm pro vero DEo agnoscunt, eundem qvoq; solum Creatorem dicunt.

§. 2. Sed Scriptura non soli Patri, sed etiam Filio ac Spiritui S. opus creationis tribuit, & qvidem in propria hujus articuli sede asserit, Deum *dicendo* omnia creasse, & *Spiritum aqvis incubuisse*; ubi per verbum *dicendi* Filium, per *Spiritum aqvis incubantem* Spiritum S. intelligi Dd. demonstrant. Alibi Scriptura distincte, tùm Patri, tùm Filio, tùm Spiritui S. Creationis opus assignat. Addit autem alibi discrimen personarum, qvod scil. *omnia* ἀ (ἐξ) *Patre, per* (διὰ) *Filium, in* (εἰς) *Spiritum S.* condita sint Rom. 11, 36. qvæ tamen particulæ nullam inæqvalitatem inter personas Divinitatis inferunt, sed unius & inconfusæ

Natu-

Naturæ proprietates exprimunt, ac regulam Theol. illam, *qvòd Opera Trinitatis ad extra sint indivisa*, cum hac limitatione, [*servato ordine & discrimine personarum*] intelligenda esse, admonent.

§. 3. Interim peculiariter in Symbolo Apost. *Patri* opus creationis tribuitur, non, qvasi ab ejus efficientia Filius & Sp. S. excludantur, ut qvi in eo æqvaliter, efficienter cum P. operati sunt; sed 1. πηγαίως, qvia Pater est Fons & Principium, non qvidem temporale, sed originale Divinitatis, à qvâ universa sunt condita, qviq; virtutem creandi non habet ab aliâ persona, uti Filius á Patre, & Sp. S. ab utroque habet. 2. οἰκονομικῶς, qvia Pater in creatione se maximè manifestavit, ejusq; Potentia cluxit. 3. διακριτικῶς, ut in operibus ad extra discrimen personarum Trinitatis extaret. *Gerhardus Disp. Isag. X. cap. 3. §. 8.*

Q. XVII. *An Moses, phrasi* ברא אלהים, *tres illas Personas in Unitate essentiæ insinuarit?*

§. 1. Sunt, præter Judæos & Photinianos, S. Trinitatis hostes acerrimos: *Primò* Doctores Christiani, qvi ex hâc constructione, *Pluralitatem cum Unitate*, minimè probari posse autumant, hocq; argumentum inde desumtum pro novo, imbecilli, & glossâ violentâ habent, â qvâ cavendum sit.

§. 2. *Deinde* sunt, qvi non tantum *Pluralitatem cum Unitate*, sed mediatè qvoq; Trinitatem, ex hac phrasi Mosaicâ, satis benè & dilucide concludi posse, statuunt, observantes, Mosen, contra leges Grammaticæ, nomen plurale cum verbô singulari copulasse.

§. 3. *Denique* sunt inter hos medii, neq; nimium, neque

Digitized by Google

neqve minimum phrasi Mosaicæ tribuentes: Dicunt enim (α. non præcisè determinatam multitudinem s. Trinitatem; sed pluralitatem tantùm personarum cum Unitate in illâ insinuari, qvæ pluralitas alibi ad ternarium redigatur. (β. Secundarium esse argumentum, sed cui, post alia, etiam suus omninò locus sit relinqvendus. (γ. Non solitariè, sed aliis testimoniis munitum produci debere, semperqve conjungendam esse Sp. S. explicationem in aliis locis propositam. (δ. Non valere contra hostes & hæreticos pertinaces; sed inter Christianos.

§. 4. Atqve hæc ultima sententia, qvæ ἐπιεικέστερον sectatur, est optima, siqvidem argumenta qvoqve supperunt, Mosen statim in principio, saltem insinuare & indigitare voluisse, singulare qvid & admirandum, scil. Trinitatem in Unitate, & Unitatem in Trinitate, pro dispensatione temporum, ac modo patefactionis V. T. convenienti, ad qvam in N. T. clarior lux accesserit. Nam 1. ipsa vocum natura & indoles extraordinariè ita conjunctarum, nos ad pluralitatem & unitatem indivisam deducit. Siqvidem vox *bara* in singul. numero, singularem qvoqve sensum, adeoqve significatu suo unitatem; nomen personale vero *Elohim*, qvod suo singulari gaudet, atqve eidem contradistinctum & oppositum, in proprio, vero, & formali significatu, citraqve enallagen, de DEo pluraliter dicitur, omninò pluralitatem infert. A qvô nativo, intrinseco, propriissimoqve utriusqve numeri significatu, temerè recedendum non est, præsertim si fundamento non careat. 2. Probabile est, Mosen, nullo modo contra usitatam Syntaxin, hac phrasi, qvâ nomini plurali verbum sin-

gulare jungit, usurum fuisse, nisi aliqvid singulare atqve adeò diverso respectu,& unitatem & pluralitatem in DEo, insinuare voluisset. 3. Regula qvoqve Grammaticorum de Discrepantiâ numeri approbat, hâc phrasi, unam unius DEi actionem (creationem scil.) pluribus competere suppositis: ex inductione enim exemplorum S. Scripturæ hæc Maxima extructa est, *Nomini vel verbo plurali nomen vel verbum singulare junctum, distributionem notare.* 4. Accedit parallelismus similium locutionum, qvibus numeri alternantur; singularis & pluralis junguntur; *Jehovah* & *Elohim* apponuntur; Vocabula pluralis numeri pro singularibus substituuntur. Vid. *Sennert. Heptad. 2. p. 83. sq.*

Q. XVIII. An hi tres Elohim sint tres Creatores, ac tres Causæ socia Creationis?

§. 1. Ita statuunt nonnulli, etiam docti Viri, moti tum locutionibus in Scriptura de Deo pluralibus; tum Johanneo testimonio 1. ep. 5,7. tum Particulis Paulinis Rom. 11, 36. de qvibus *q. 16. §. 2.* jam monitum, neutiqvam illis inæqvalitatem personarum Deitatis in opere creationis introduci; tum illorum Patrum ἀκυρολογίας, qvi Patrem causam creationis προκαταρκτικὴν, Filium δημιουργικὴν, & Spiritum S. τελειωτικὴν dixerunt, nullam tamen societatem, sed tantùm diversum attributionis modum & agendi ordinem designare volentes.

§. 2. Unum tantùm Creatorem Cœli & Terræ, non tres, illumqve unum Patrem, Filium, & Spiritum S. esse, constat (1) *ex essentiæ & potentiæ unitate;* hinc rectè Nazianz. Or. 2. de Theol. *Id qvod agit, est una trium personis*

nis communis Deitas. Ut ergò una Deitas, & una potentia: ita qvoque una creandi actio tribus personis ex æqvo communis, & per consequens unus tantùm Creator. (2) *Ex Regulâ* Theol: *Opera Dei ad extra sunt indivisa*, & omnibus tribus personis communia: Itaqve non agunt in operibus ad extra distincti Autores, vel causæ distinctæ, sed una est causa, & Autor unicus. (3) *Ex Symbolo Athanasii*, qvod omnes recipimus: *Sic Pater est Deus, Filius est Deus, Spiritus S. est Deus, & tamen non sunt tres Dii, sed unus est Deus. -- Sic Pater est Creator, Filius est Creator, Spiritus S. est Creator, & tamen non sunt tres Creatores, sed unus est Creator.* (4) *Ex ratione:* siqvidem in causis sociis est α. *Diversitas causalitatis*, ubi autem diversa causalitas, ibi diversæ causæ, diversa Entia. β. *Partialitas & particularitas influxus*, à qvâ oritur finitudo & divisio operationum, qvorum utrumque in Divinis non est admittendum. *Gerh. c. l. §. 9. Quenst. Syst. p. 424.*

Q. XIX. Qvid per Cœlum & Terram intelligatur?

§. 1. Per Cœlum & Terram, referente h.l. *B. Gerhardo*, intelligunt (1) qvidam generaliter omnes res visibiles, intra primos illos sex dies à Deo conditas. (2) Rabbini & Fererius Orbes visibiles seu orbes cœlestes, per terram qvatuor elementa. (3) Augustinus & Beda, Angelos. (4) Scholastici, qvidam Pontificii & Reformati, Cœlum empyreum. (5) Fr. Vallesius, aërem. (6) *Nos*, inqvit, *rudem & indigestam molem, confusam ac nondum dispositam & exornatam massam, qvæ cœli & terræ nomine appellatur per qvandam* πρόληψιν, *ratione termini ad qvem consequentis ac finis, qvia Deus materiam illam eo fine*

produxit, ut cœlum & terra ex eâ postmodum formarentur. Duæ in his sunt præcipuæ sententiæ.

§. 2. *Prima* de rudi & indigestâ mole, qvam alii *chaos* appellant, alii *materiam primam*, ab Aristotelicâ tamen plurimùm differentem. Probantq; (α) ex v. 2. ubi terra dicitur tohu vabohu. (β) Ex Sap. 11, 18. (γ) Aliarum interpretationum remotione. (δ) Potiorum interpretum consensu. Sed has rationes non esse tanti ponderis, ostendit *Seb. Schmidt* Coll. Bibl. p. 183. sq. Interim, qvia *Lutherus* itidem verba Mosis de rudi & indigestâ mole exponit, nihilominus alii docti Viri hanc sententiam retinent, sed paululum mutatam, ita ut Globum ex tribus primis corporibus, cœlo, aqva, & terra, locis nondum distinctis, compactum statuant. Hancqve Lutheri qvoq; mentem fuisse, scribit *D. Schmidt c. l.* qvod scil. in ista mole vera terra & in substantiâ suâ plena, circumdata aqvis s. tenebris, sine animalibus, fluminibus, montibus; cœlum autem substantiæ aqveæ, & aqvis conjunctum, sine luminaribus, & nondum elevatum, fuerit.

§. 3. *Altera*, qvæ mihi rectior & textui propior videtur, per cœlum & terram, ipsum cœlum sub formâ substantiali cœli, & terram sub formâ substantiali terræ, intelligit: *Ita qvidem,* (verba sunt Hutteri) *ut cœli nomine veniat universum corpus cœleste, cunctos orbes cõplectens, perfectum qvidem, & integrum ratione substantiæ & magnitudinis, sed tamen sine luce, sine motu, & distinctione siderum, qvæ postea demum accesserunt; Terræ qvoqve nomine ipsum terræ elementum, qvod postmodum tertio die ab aqvis distinctum & separatum fuerit.* Patet (1) ex ipsa lite-

literâ, ſeu propriâ ſignificatione nominum, *Cæli* & *Terræ*, qvæ absqve ſonticis rationibus & evidentibus deſerenda non eſt; hæc enim vocabula propriè, & in uſu ſcripturæ freqventiſſimo deſignant cœlum & terram ſub formâ ſubſtantiali. (2) Quod Moſes ה emphaticum utrinqve addit, qvaſi digitô intensô, *hoc cœlum* & *hanc terram* ſignificans. (3) Qvod de illâ ipsâ terrâ, qvâde ſermo v. 1. eſt, etiam loqvatur v. 2. ſed à cœlo, imò aqvis & abyſſo, diſtinctâ, juxta communem vocis uſum. (4) Qvando terra dicitur *tohu vabohu*; vocabula hæc notant terram in ſuâ ſubſtantiâ perfectam, & ab aliis diſtinctam creaturis, vacuam autem iis, quæ in illâ eſſe debent, & ſolent hodiè ordinariè. Nec usquam hæc vocabula tantùm notant terræ materiam, minus cœli & aliarum creaturarum. Imó qvid ſibi velit hæc inanitas, Moſes exponit, qvando oſtendit, qvod arbores, animalia, homines, ſequentibus demùm diebus creati ſint. Caruit ergò terra, cum primò crearetur, arboribus, animalibus, hominibus, & hoc eſt revera *tohu vabohu*. vid. Deut. 32, 20. Jeſ. 34, 12. Jer. 4, 23. (5) Sanè niſi in principio ſtatuatur creata eſſe terra, qvatenus ratione ſubſtantiæ conſideratur, non apparet ex Moſe, qvando illa tandem creata ſit. Nam qvod de tertio die nonnulli regerunt, nimis dilutum eſt, ſiqvidem Moſes non dicit, die illo tertio creatam eſſe terram, ſed Deum dixiſſe, ut appareret ex aqvis arida ſive terra. *Seb. Schmidt* & *Hutter*.

Q. XX. An Cœlum Empyreum primo die creatum?

§. 1. Qvid & qvale Cœlum Empyreum ſit, non conſentiunt Theologi. Eſſe primo die, primoqve creationis inſtanti, productum, ac ſupra firmamentum locatum, in

Angelorum, Beatorumqve domicilium, vel etiam ipsius Dei palatium, pleroramq; asserto est; sed an sit corporeæ substantiæ? an materiæ & formæ expers? an idem cum cœlo Dei sit? &c. in eô discrepant adhuc Autores. *Becan.* de Op. 6. dierum: *si ita est,* (qvod Scriptura docet, firmamentum & omnia producta esse secundo & qvarto die) *sequitur, cœlum illud, qvod in principio creatum est, esse supra firmamentum, & supra omnes aqvas, qvod sanè non potest esse aliud, qvàm Empyreum. Ioh. Cloppenburg* Exerc. de Creat. Disp. 3. p. 1. sq. asserit: *Primum primi diei opus esse Cœlum extimum & summum, cœlum tertium, Cœlum Cœlorum, qvod corporeum, & consequenter locale, & in qvô solium DEi & thronus DEi. Episcopius* qvoq; l. 4. Inst. Theol. Sect. 3. c. 1. vult, *primùm creatum cœlum, ut aptum esset domicilium, in qvô collocarentur Angeli, qvodq; Deus voluerit esse palatium suum.*

§. 2. *Lutherani* Theologi pleriqve (1) tenent *in ἔχειν*, nixi Scripturæ silentio, & denegatione cognitionis accuratæ 1. Cor. 2, 9. Concludunt (2) ex Matth. 18, 10. Cœlum beatorum & angelorum non esse locum creatum, à terris remotissimum, & supra Cœlum sidereum positum, qvia hac ratione Angeli, dum in terris versantur parvulos custodientes, in Cœlo esse neqveant. Dicunt (3) cognosci illud posse: *neqve sensu*, qvia invisibile & impalpabile; *neqve intellectu* per scientiam, *vel* à priori seu ex ratione, *vel* à posteriori seu ex effectis; qvia ratione comprehendi neqvit, nec ullus ejus effectus ad nos pertingit; *neq; fide*, qvia Scriptura nec qvidditatem, nec qvalitatem, aut situm ejus disertè exponit. Distingvunt (4) *inter cœlum Dei*

&

Digitized by Google

& *Angelorum*, qvia Angelorum *Ubi* definitum est, Cœlum vero Dei majestaticum, qvod nullis limitibus circumscribi potest. Vid. Matth. 21, 25. & Luc. 20, 4. Item (5) *inter Beatorum sedem & statum:* Sedes est in certo qvodam ϖῦ, nullibi enim neqvaqvā sunt beati, sed revera alicubi; Status autem beatorum est, ubicunqve Deus se & gloriam suam illis manifestat. Item (6) *inter ϖῦ reale & imaginarium*: Illud ab ipso corpore diversum ac distinctum sive extrinsecum; hoc ab ipso corpore non distinctum, sed ipsi intrinsecum est, qvodqve Intellectus noster concipit. Hoc modo possunt beati esse in solo Deo sine loco, vel ubi corporeo externo, adeoq; in ϖῦ, nõ reali, sed imaginario. Item (7) *inter Cœlum gloriæ & naturæ: Illud* æternum est, 2. Cor. 5, 1. Hebr. 12, 28. adeoqve aliud esse oportet à Cœlis à Deo in principio creatis; *hoc* autem perieturum est. Luc. 21, 33. *Illud* novum dicitur, qvod Deus adhuc creaturus est Jes. 65, 17. qvomodo autem novum? si in principio mundi conditum est. Qvamvis itaqve Cœlum Beatorum non sit locus physicus, nec tamen est nuspiam, sed uspiam, neqve nullibi, sed alicubi; sed ubi sit præcisè: definire temerarium. *Bonaventura* monet de hac qvæstione, *melius esse piè dubitare, qvàm temerè aliqvid definire.* V. *Qvenst. Syst. p. 439. sq.*

Q. XXI. An Angeli primô die conditi?

§. 1. De existentia Angelorum variæ reperiuntur sententiæ. Nam (1) sunt, qvi Angelos Deo coævos & ab æterno fuisse, somniarunt. (2) Antiqvi *Patres*, Græci & Latini, ante mundum hunc aspectabilem, conditos esse, affirmarunt, cum qvibus & alii faciunt, verùm multis seculis,

Digitized by Google

culis, imò infinitis, ante primum principium, illorum existentiam asserentes. (3) Contra *Achatius* & *Gennadius*, Angelos post creaturas omnes alias, adeoq; demum post mundum corporeum, productos esse opinati sunt. (4.) *Scholastici* Angelis participatam qvandam æternitatem tribui posse statuunt, qvæ actu nec principiũ habeat nec finem, cui tamen principium & finis non repugnet. (5) *Rabbinorum* alii, bonos angelos primo die, malos secundo vel qvinto die; alii sub vesperam sextæ diei creatos esse, volunt; Qvæ sententiæ partim Scripturæ contrariæ, partim ἄγραφοι sunt.

